









1707.

24. Thomaeius, Christianus: De iure foederali . . . de curia  
principis Evangelici circa 1715. ~~Habentis rem ministerium ecclesiae~~  
lecturis . . . Bonaventura Heuristicum. Pagendam commandat.

25<sup>a</sup> - b. Thomaeius, Christianus: De usu practice accurate distinctionis  
inter emptionem cum pacto de reversione et contractum  
preiuratis. 2 Sept.

25<sup>c</sup> Thomaeius, Christianus: De usu practice accurate distinctionis  
inter emptionem cum pacto de reversione et contractum  
preiuratis. 1753

26<sup>a</sup> - d. Thomaeius, Christianus: De jure aggravandi principis Eom.  
Veloci in causa homicidi 45 Sept. 1714, 1720 & 1739.

27<sup>a</sup> - e. Thomaeius, Christianus: De officio principis Evangelici circa  
augusta salaria et honores ministeriorum ecclesiast. . .  
3 Sept. 1707 & 1729.

27<sup>b</sup> Thomaeius, Christianus: De officio principis Evangelici circa  
augusta salaria et honores ministeriorum ecclesiast. Recens.

1749

28<sup>a</sup> - c. Thomaeius, Christianus: De usu enzyco illi Pellejani in foris  
Genuensis. 3 Sept. 1707 & 1724

29<sup>a</sup> - 5<sup>b</sup> Thomae, Christianus : De reatione ordinis ecclesiastici.

2 Band. 1707 - 1713.

30<sup>a</sup> - 6<sup>b</sup> Thomae, Christianus : De bonorum secularium

natura 3 Band. 1707, 1730 - 1748

31<sup>a</sup> - 7<sup>b</sup> Thomae, Christianus : De differentiis iuri civili  
et canonici in doctrine de testamentis 4 Band.

32. Wolff, Pancratius : Epistola gratulatoria, in qua

secundum Hippocratem opinionum medicorum insomnia  
adumbrentur, ad Ioniun Joh. Danielm Breyatum,

... Invitamus thomate invicem. Doctoris medici

jar et honoris expressionem





Br. 21. num. 27.

R.L.M.

1709

250v

21.  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE

USU PRACTICO AC-  
CURATÆ DISTINCTIONIS IN-  
TER EMISSIONEM CUM PACTO DE  
RETROVENDENDO ET CONTRACTUM  
PIGNORATITUM,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,

Principe Borussiæ, Marchione Brandenburgico, ac Ducatus  
Magdeburgici Gubernatore &c. &c. &c.

AUCTORITATE INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE  
Consiliario, Professore Publico Ordinario,

ac Facultatis Juridicae p. t. Decano,

PATRONO SUO SUMME DEVENERANDO,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Doctoralia Privile-  
gia legitime consequendi

IN AUDITORIO MAJORITY

Hora ante & pomeridianis

d. IV. Julii ANNI M DCC VII.

Publicæ Eruditorum disquisitioni sifit

JOHANNES FRIDERICUS BASTINELLER,

Hallenf. Magdeburg.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS.





ILLUSTRISSIMIS ATQUE EXCELLENTISSIMIS  
DOMINIS,  
**DN. NICOLAO BAR-**  
**THOL. MICHAELI**  
LIBERO BARONI  
**DE DANCKELMANN,**  
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
REGIS BORUSSIÆ MINISTRO STATUS  
INTIMO,  
REGIMINIS DUCATUS MAGDEBURGICI  
PRÆSIDI ET RELIQUA,  
NEC NON  
**D N. CAROLO**  
DE DIESKOV,  
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO INTIMO  
ET  
REGIMINIS DUCATUS MAGDEBURGICI  
CONSILIARIO ET RELIQUA,  
**FELICITATE M.**

ILLUSTRISMI DOMINI,

**I**llustrissimis Vestris nominibus dissertationem hanc nuncupaturus, non leviter initio verebar, ne quid ingratum Vobis, ILLUSTRISMI DOMINI, susciperem, aut ne audacior Vobis viderer: unde a proposito prope destituisse, nisi ingens gratia Vestra me denuo confirmasset. Cum enim quantum officium sit, quo erga Mæcenates quisque obstringitur, rite perpendere, jucundissima illa contemplatio summi illius favoris, cuius luculentissima monumenta in Parentem meum extare finitis, alacrem hanc spem excitavit, fore, ut excusationem id indipiscatur, ad quod ratio non vulgaris, sed pietas movet, inducit, hortatur. Quodsi olim apud Romanos bene quisque interpretabatur, quod eorum Patronorum in cultū, familia perseveraret,

quos

quos Paterfamilias venerabatur; si que non  
permittebant horum Parentum filii, ut ulla  
pietatis comprobandæ prætermitteretur  
occasio: ecquis mihi verteret vitio, si Ve-  
stram gratiam ILLUSTRISSIMI DOMINI, quam  
Parenti meo indulsistis , omni ratione &  
colam , & tuendam curem. Huc itaque  
tendit, quod submissa veneratione Vobis  
exhibeo, inaugurale specimen, quod qui-  
dem ejusmodi esse sentio, ut longe aliud  
requiratur, si potius dignum aliquid Ve-  
stris nominibus velim offerre, quam ani-  
mum Vobis dedicatissimum explicare.  
Qvum itaque specimen tantum tesseram-  
que venerationis exhibeam , neque vires  
altius quiddam permittant, cœpi confide-  
re, Vos adprobaturos esse, quod probari  
Vobis, sollicite exopto. Accipiatis igitur  
serena fronte, quod Vobis decenti venera-  
tione consecro, vestramque in me indul-  
gentiam deriveate. Cui petitioni has pre-  
ces

ces superaddo, ut benignissimum Numen  
Vos Mæcenates, servet atque tueatur in-  
columes, quo Vobis florentibus, hujus  
quoque Ducatus salus floreat, & splendor  
Gentium Vestrarum indies major majorque  
fiat. Ego vero, ut Vestrae gratiæ me dili-  
gentissime commendando, ita nihil in optatis  
præter hæc habeo, quam ut ea felicitas  
eaque rerum mearum facies, qua Vobis  
evidenter documento meam observan-  
tiam demonstrem, mihi primo quoque  
tempore contingat!

*Vestrorum Illusterrimorum  
Nominum*

Dab. e Musæo IV. Cal. Jul.

M DCC VII.

Humillimus Cliens

JOH. FRIDERICUS BASTINELLER.



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UGURALIS,

De,

Usu practico accuratæ distinctionis inter em-  
tionem cum pacto de retrovendendo & contra-  
etum pignoratitium.

CAPUT I.

Monita generalia circa quæstionem ipsam  
& nostram differendi methodum.



§. I.

On dubito fore plerosque, qui thema Auctores,  
disputationis nostræ in titulo legentes qui jam de  
sibi mox sint imaginaturi, quasi more rebus huc  
consveto. discursus hic noster ex duo-  
bus vel tribus auctoribus absq; artificio  
sit compilatus & tantum non exscri-  
ptus.

Et fatemur ipsi, ultra quatuor vel quinque au-  
ctores, antequam meditationes nostras in chartam  
conjiceremus vix esse inspectos, puta Jacobum Gotbo-  
fredum, Strauchium, Schilterum, Gundlingium, quoad  
naruram pignoris, tam Romani, quam Germanici,  
Berlichium vero quoad comparationem pignoris cum

A

Ven-

2. Dissert. Inaugur. de usu p̄nctū, accur. distincū. inter emtionem &c.

venditione sub pacto de retrovendendo. Fatemur etiam, multa nos fere cum tædio repetiisse in altero, quæ jam semel aut bis in altero & altero legeramus. Ut ita ipsis JCTis & eximiis Doctoribus præeuntibus, Candidato juris forte vitio nemo possit vertere, si eos imitaretur, & brevi compilatione in una dissertatione sisteret, quæ singuli singulis addidissent. Sed tamen non opus est, ut hoc responsionis genere utamur. Non exscribemus cum tædio, quæ ipsis auctores memorati recte posuerunt, sed in brevissimas tamen positiones contrahemus, quæ ex illorum doctrina ad nostram quæstionem pertinent. Ast sunt tamen nonnulla, ubi dissentendi causas putavimus reperiisse. Hic sane non injundum fore putavimus lectoribus, si paucis ostendamus, quomodo hæc posteriora cum prioribus sint connectenda.

§. II.

Propterea  
raro hic al-  
legandi.

Cum vero pauci sint scriptores, qui occasionem meditationi nostræ dederunt, & illi paucarum horarum spatio, intuitu doctrinæ, quæ ad nostram dissertationem pertinet, perlegi possint, non opus erit, ut eos in singulis positionibus, quibus nobiscum consentiunt, allegemus; multo magis vero allegationem eorum, ubi dissensuri sumus, dissuadebit sincerum nostrum studium veritatem inquirendi, absque respetu & irritatione personarum a quibus dissentimus. Pauci vero sunt, qui ferre possint dissentientes. Multi sunt, qui impatienter etiam ferunt dissensum ab aliis viris auctoritate, dum viverent, pollutibus. Ut tamen aliquo saltem modo Lector intelligat, quid caue me impulerit, ut hoc thema, dissertationi inaugurali

rati ut inserviret, eligerem, paucis historiam hujus  
controversiæ exponam.

S. III.

Fuit jure veteri Romano in assecuratione cre- Synopsis  
ditoris super credito, peculiaris quidam contractus doctrinæ il-  
usurpatus, tanquam certa species pignoris, qui fidu- lorum au-  
ciæ nomine appellabatur. Fit ejus mentio subinde storum,  
apud Ciceronem, Boëthium, Isidorum, maxime vero in  
fragmentis Pauli JCti. Apud Justinianum in corpo- (a) Horum  
re juris nunquam memoratur. Unde dubium ortum, omnium loca  
in quo constiterit ejus natura & cur a Justiniano non relata vide  
memoretur. Traçtarunt has quæstiones ex JCtis ap. Jacobum  
præcipue Cujacius, Hottomannus, Antonius Faber (a), Sal- & Strau-  
marius pro more multa hic adversus JCtos innovare chium, quo-  
voluit, & in libro de modo usurarum circadoctrinam ruma libros  
de fiducia seu fiduciario contractu sæpe eandem cram- statim indi-  
bem recoquit. Examinavit fluctuationes & aberra- tabimus.  
tiones Salmasii prolixe & cum judicio Jacobus Gotha-  
fredus (b) ita ut simul totam naturam fiduciæ illius (b) In Com-  
exponat animis legentium. Totum hunc Gotho- ment. ad L.  
fredi discursum repetiit, atque exscriptis, etiam ubi un. Cod.  
non citat, quisquis est auctor disputationis sub præfi Theod. de  
dio Strauchi (c) habitæ. Ipse vero Strauchius ibidem commissoria  
eruditæ inquisivit in naturam oppignorationis Ger- (c) Jenæ An.  
manicæ, eamque toto cœlo differre ostendit a con- 1671. de op-  
tractu pignoratitio juris Justiniane, & nihil aliud esse, pignoratio-  
quam fiduciæ illam veterem Romanorum, ope Co- nibus impe-  
dicis Theodosiani jam sub Carolingis ad Germanos  
traductam. Strauchianam hanc dissertationem de  
pignore Germanico repetiit, & hujus contractus  
comparationem cum emtione sub pacto de retroven-  
dendo

4. *Dissert. Inaugur. de usū præst. accur. difinīt. inter emtionem &c.*

dendo erudite docuit rerum Germanicarum peritis  
(d) De jure simus Schilterus, peculiari dissertatione, (d) simul ve-  
retrovendi- ro quoad usum practicum varias talium emtionum  
tionis adjun- formulas item responsa juridica varia adjecit. Non  
g. aprixi ar- ita pridem Cl. Gundlingius noster Strauchianas istas &  
tiu analyticæ pluribus documentis & diplomatis, singularem no-  
in jure p. 167. seq.  
(e) Peculiariter titiam antiquitatum Germanicarum spirantibus, illu-  
dissertatione, stravit (e). Porro Matthias Berlichius, Pragmatico-  
de jure oppi- rum Princeps famigeratissimus, quæstionem de con-  
gnorati ter- tractus pignoratissi & emtionis cum pacto de retro-  
1705. mense vendo differentiis plane exhaustissime videtur, dum  
Decembr. prope quinquaginta differentias, cumulatis eam in  
habita. rem aliorum Doctorum & legum auctoritatibus sup-  
(f) Part. II. peditavit. (f) Ut adeo, quod in hac materia addi-  
præst. concl. possit, nihil plane superesse videatur.  
concl. i.

s. IV.

Quid in il-  
lis deside-  
remus.

Sed his tamen non obstantibus, non defuit oc-  
casio, haud pauca in præsenti discursu partim alter  
definiendi, quam hactenus ab ipsis viris celeberrimis  
fuit, partim supplendi, quæ ab illis fuere non tacta,  
sive ista præterviderint, sive studio omiserint, quia  
magis de oppignoratione Germanica, quam retroven-  
ditione erant solliciti. Saltem præcipua hic in pro-  
œmio, quasi per indicem, breviter notabitur. Et  
Gothofredus quidem, dum Cujacium & alios refutare  
vult, fiduciam veterum Romanorum & legem com-  
missoriam in pignore nimis unientes, non ubique  
satisfacere videtur Lectori, magis ad rationes, quam  
ad auctoritatem & merita tanti viri respiciendi. Cum-  
que Strauchius hic nō à ποδὶ sequatur Gothofredum,

non

non solum eadem de hujus dissertatione judicanda sunt, sed & insuper JCtus hic famigeratissimus in eo aliquid humani videtur passus, dum naturam pignoris, seposita lege civili non plene exposuit (g) & insuper prætervidit, quod magna sit differentia inter op. pignorationem Germanorum & contractum fiduciæ Romanum. Adde quod nondum demonstraverit, op. pignorationem hanc Germanorum mediante Codice Theodosiano in Germaniam esse introduc tam. In Schilteri erudita dissertatione id potissimum desideramus, quod vel præterviderit, vel certe non fatis perspicue indicaverit, oppignorationem veterum Germanorum, usque ad traductum ex Italia in Academias Germaniae jus Justinianeum, tantam habere cum emtione sub pacto retrovendendi convenientiam, ut vix ulla differentia intuitu effectuum supersit, adeoque emtionis sub hoc pacto vix ulla extare vestigia in Germania ante receptum jus Justinianeum : Post receptionem vero juris Justinianei Pragmaticos formularum fabricatores saepe misere confudisse pro more illorum temporum jus patrium de oppignorationibus & jus Romanum de retrovenditionibus, ut adeo propter infinitudinem confusionis istius vix possint regulæ convenientes dari quæ ad separationem rerum ita confusarum aptæ sint. Porro Berlichium, quod attinet, cum eo, quo scribebat tempore, virtio seculi, magna in Academias Germaniae regnaret ignorantia juris patrii, adeoque doctrina Berlichii omnis, non hau sita sit ex fontibus genuinis, verum ex lacunis Glössatorum & JCtorum Pragmaticorum peregrinorum, non difficile est, concipere, differentias illas plures,

A 3  
quas

(g) §. 1. 2.  
cit. loc.

quas suppeditat, de fecernendo contractu pignoratitio ab emtione sub pacto de retrovendendo, potius implicare rem quam explicare. Breviter, sunt eæ differentiæ intuitu diplomatum & contractuum de op-  
pignorationibus, ante receptionem juris Justiniani in Germania (per modo dicta) plane inutiles & superflue, insufficietes vero & dubiae intuitu confusionum post receptum jus Justinianeum in Germania ortarum. *Gundlingiana* dissertatio, etsi de retrovenditione saltem obiter tractet, pro ratione instituti, uberem tamen nobis præstabit usum, ut ex diplomatibus ibi collectis assertiones nostras subinde corroboremus.

§. V.

Methodus  
dicendo-  
rum.

Nolumus tamen esse prolixii, sed quantum fieri potest paucissimis positionibus mentem nostram apriemus; veniam sperantes, si in quæstione hac, quæ non ita facilis jam apparebit, ut prima fronte videbatur, & ipsi aliquid humani patiamur. Promittimus emendationem, si ostensum fuerit, quod aberraverimus a scopo veritatis. Ne vero nullus sit discursus nostri ordo, præmittemus considerationem uberiorem, quid abstrahendo a lege civili pignus natura sua involvat, & quænam media, naturæ humanæ consideratio suppeditet esse aptissima ad securitatem creditoris confirmandam, quam pignoris datio intendit. Tum paucis differemus de natura pignoris Romani partim antiquis illis temporibus, ubi vel simpliciter contrahebatur, vel cum solennitate in fiducia, partim secundum tempora juris Justinianei. Inde considerabimus operationes Germanicas easque cum pignore Romano conferemus. Sequetur consideratio emtionis

enup

cum

cum pacto de retrovendendo, potissimum compara-  
tæ ad fiduciam & pignus Romanum, ut & ad oppi-  
gnorationes Germanorum, adjuncta indagatione,  
quando hujus pacti usus magnus esse cœperit, tam  
apud Romanos quam Germanos. Tum ostendemus,  
quomodo ex his considerationibus differentia & con-  
venientia utriusque contractus sit facillima, & qua  
ex ratione difficultas ista secernendi hos duos contra-  
ctus sit orta. Loco vero multarum regularum a Berli-  
chio traditarum dabuntur paucæ observationes, totum  
negotium expediendi, palpabiles & perspicuæ, in  
quantum videlicet studiosa confusio duorum illorum  
contractuum evolutionem difficultatum inde ortarum  
admittit.

*CAP. II.*

Pignoratitii contractus natura tam ex jure Gen-  
tium, quam ex Romano & Germanico,

*§. I.*

**E**st contractus pignoratitius inventus moribus Pignus in-  
Gentium eum in finem, ut securus reddatur cre- ventum in  
ditor. Nec ulterius considerabimus hic natu- securitatem  
ram hujus contractus. Neque adeo mirabitur Lector,  
quod multa simus omissuri, quæ alias Dd. in exposi- creditoris.  
tione contractus pignoratitii expedire solent. Id enim  
solita adnotabimus, quod facit ad comparationem pi-  
gnoris & emtionis sub conditione retrovendendi.

*§. II.*

Pignus igitur est contractus accessorius, qui per Est accesso-  
se non subsistit, sed semper præsupponit creditum ali- rius contra-  
quod,

Etus prae-  
primis mu-  
tui.

quod. Sed intuitu accessionis fere comparatum est cum pignore, uti cum credito. Late creditum & debitum, item creditoris & debitoris voces denotant obligationes quasvis, stricte vero, & plerumque de contractu mutui dici solent. Sic & pignus plerumque accedere solet mutuo, non repugnat tamen ejus naturae, ut non possit propter debita ex aliis contractibus creditoribus securitatem praeflare.

§. III.

Securitas  
creditorum  
consistit <sup>(1)</sup>  
in possesi-  
one pigno-  
ris.

Porro natura securitatis, quam creditores ex pignore querunt, postulat praecipue, ut possesio rei operatorum transferatur ad ipsos. Eti nam jus naturae dictitat, debitores non solum obligatos esse, ut debita oportune solvant, sed etiam, ut ea creditoribus in loco commodo ipsi offerant, nec expectent, ut creditores solutionem sollicitent, aut pecuniam debitam in ædibus debitorum querant; Ita tamen plurimi ex humano genere solent esse comparati, ut variis interpellationibus opus sit, si debitæ solutionis tempus adveniat, & creditores, si debitores morosos fuerint nacti, pro beneficio habeant, si post multas ac terdiosas interpellationes tandem debitores iis permittant, ut sine imploratione officii judicis, pecuniae debitæ solutionem, ipsi in debitorum ædibus accipient. At si creditor pignus possideat, ipse quietus est, probe gnarus quod debitoris intersit, ut relutionem pignoris ipse querat, ac sollicitet, si damnum rei familiaris evitare velit.

(2) Ut pi-  
gnus valeat  
ultra quan-  
titatem de-  
bitum.

Eadem securitatis ratio, & ut creditor non opus habeat urgere debitorem ad solvendum, sed ut debitor potius redditionem pignoris urgeat, etiam illam circumstan-

§. IV.

cumstantiam in pignore produxit, ut pignus plus valeat quam pecunia, quæ debetur. Nam si minus valeret, aut etiam quantitati debitæ esset æquivalens, sæpe contingere posset, ut & debitor non ultro solutionem offerret, sed pignus creditoris in perpetuum relinqueret, præprimis si res non habeat pretium affectionis, & si creditoris conditio redderetur deterior, vel si non facile emtorem inveniret, aut, si inveniret, non tanti posset vendere, quantum debetur, aut si retineret ipse, corpore oppignorato non ita ad varios usus uti posset, uti pecunia numerata. Accedit quod, si debitum sit usurarium, & ex re oppignorata nulli fructus sperari possint, creditor etiam ob usurarum solutionem securus esse debeat, adeoque & hoc intuitu quantitas majoris valoris in pignore requiritur, quam in pecunia debita,

*§. V. cinqvies dñiq. 30 ton*

Fluit etiam ex securitate creditoris, quod pignus (3) Ut aestimari, dum de ejus idoneitate quæstio est, matio pignoris fiat non secundum tempus præteritum, sed præsens, quo pignori datur. Quid enim juvaret creditorem, si pignus, quod jam deterioratum est, vel cuius pretium secundum ob varias causas decrevit, ante mensem vel annum præsens. duplo vel quadruplo plus valuerit. Sane circumstantia præteriti valoris non incitat debitorem ad pignus redimendum. Sed nec pretium futurum, si nempe speretur majus fore pretio presente, poterit commode in aestimanda idoneitate pignoris considerari, quia talia priorum augmenta ob nimias circumstantiarum variationes valde incerta sunt. Nec obstat, quod tamen in debito, cuius solutio cum consensu

10 *Dissert. Inaug. de usu præl. accur. distinct. inter emisionem &c.*

sensu contrahentium per plures annos differtur, necesse sit contrahentes etiam in pignore respicere oportere ad pretium futurum, & quanti nempe valutum sit tempore solutionis. Ut enim taceam, multas esse posse causas, quæ suadeant pretium præsens duraturum esse in eodem valore, quæque non ita vero similiter suadeant, id esse in posterum augmenta capturum, etiam intuitu illius durationis nova cautela erit opus, ut videlicet inter ipsa corpora quæ oppignorantur habeatur selectus, de quo mox erit dicendum.

§. VI.

(4) Et  
quanti ven-  
di possit  
pretio com-  
muni.

Ergo ex dictis uti sua sponte sequitur, non considerari in pignore, quanti fuerit emtum, sed quanti jam & tempore solutionis vendi possit; ita etiam in hac venditione non considerabitur pretium affectionis, quia res venduntur secundum præmium communne, & pretii affectionis consideratio solet, non communiter in contractibus, sed ubi agitur de danno injurya dato resarcendo. Unde si v. g. debitor opignorat catenam auream, quam a principe in testimonium singularis gratiæ accepit, ista affectio, quæ debitor & ejus familia prosequuntur pignus, & articulum, non venient in aestimationem, sed vere aestimari solet quanti valeat aurum &c.

§. VII.

(5) Ut pi-  
gnus habe-  
at pretium  
durabile.

Neque adeo omnes res aptæ sunt, ut pignoris locum sustineant. Sunt enim hoc intuitu res potissimum triplicis generis, scilicet vel habent pretium minus durabile & fere momentaneum, vel durabile & tum vel constans, vel sæpe varians. Res prioris generis, ut flores, fruges & si quæ sint res aliæ, quæ ser-

servando servari nequeunt, fere ad usum pignoris sunt ineptæ, nisi ubi solutio debiti post pusillum teripus facienda est: Inter res, quæ pretio durabili gaudent, et quæ constans habent pretium, ad pignus omnium maxime sunt aptæ. Ubi pretium durable quidem, sed varians est, securitati creditoris consultatur si res æstimetur secundum pretium medium. Ceterum utrum res oppignoratae mobiles sint, an immobiles, abstrahendo a circumstantiis peculiaribus & rarioribus, non multum videtur interesse, modo priora observentur, interim tamen nullum est dubium, res immobiles ad oppignorationem esse aptissimas.

§. IX.

Quemadmodum autem, ut in plerisque negotiis humanis, finis determinat objectum, de quo jam diximus, ita etiam quoad modum contrahendi utroque oculo ad finem pignoris h. e. ad securitatem creditoris est respiciendum. Ubi statim se offert alia rerum diversitas quæ oppignorari solent. Sunt enim aliæ vel steriles, vel non iteriles. Illas hic voco, ex quibus nullos fructus percipere licet, ne quidem civiles, has, quæ vel natura sua vel accedente ad naturam industria humana, fructus producunt, vel natura quidem inhabiles sunt, industria tamen civili usurpata locatione, vel simili modo, sine substantiæ deterioratione utilitatem pecunia æstimabilem, hominibus præstant. In rebus sterilibus, si pignus in eis constitutatur, nullum fere est dubium, quin securus sit creditor, si modo custodia rei ei relinquatur absque potestate utendi.

(6) In rebus sterilibus sufficere rei custodiam.

B 2

§. IX.

(7) In non  
sterilibus  
ulterius re-  
quiri, ut  
fructuum  
perceptionio  
relinquatur  
creditori.

## §. IX.

Alia plane ratio est rerum non sterilium. Nam si hic sola custodia relinquatur creditori pignus pos-  
sidenti, securitati quidem creditoris nullum fieret præjudicium, sed parum prospiceretur debitori, præ-  
primis si fructuum perceptio ex istis rebus requireret impensas, quarum deductione prævia, communiter fructus in negotiis humanis aestimari solent. Requi-  
runt etiam plerique fructus, si non omnes, industriam possessoris. At sub quo prætextu debitor posset a creditore postulare, ut hic industriam & impensas adhiberet, quas fructuum perceptio requirit, ipse ve-  
ro debitor velit fructus sibi vindicare. Ita sane pi-  
gnus oneri foret creditori, & nemo in tali pignore se-  
curitatem suam quereret. At vero nec ipse debitor in re creditori oppignorata poterit industriam adhibe-  
re & impensas facere, ut non præjudicium fiat posses-  
sioni creditoris, (in qua tamen primarius scopus con-  
tractus pignoratitii vertitur) quibusunque etiam cau-  
telis & pactis istud præjudicium velis evitare. At rem oppignoratam plane in cultam relinquere velle  
durante pignore, non proficeret creditori, & tamen no-  
ceret debitori, qui sic perderet perceptionem fructu-  
um ex re sua, & tamen cogeretur fructus civiles i. e.  
usuras pendere creditori pro usu pecuniae debitæ. Ade-  
de, quod hoc facto saepe impensæ gratis facienda for-  
rent, cum multæ res tales requirant, sive iis utaris, si-  
ve minus, ut jumenta & pecudes. Ergo vel perde-  
rentur eæ res sine suppeditatione impensarum, & sic non solum damnum pateretur debitor, sed & ipse creditor re oppignorata perdita, securitatem crediti-

amit-

mitteret; vel si creditor ad conservandam suam securitatem impensas in rem oppignoratam faceret, & tamen re oppignorata uti nequiret, augeretur quotidie debitum, citra tamen ullam novam debitoris utilitatem & sic spes recuperandi pignoris ipsi periret. Unde & Germanis talia pignora voracia vel, si mavis, cancrina (b) dici solent. Hic igitur, si omnia exacte (b) Fressen- consideres, apparebit, nihil magis ad scopum & na- de Pfänder turam pignoris aptius esse, quam si creditori relinquatur potestas, fructus ex re oppignorata percipiendi, die wie der Krebs umb loco usurarum, quas alias, pro usu summæ debitæ teneretur solvere debitor. Hoc enim modo cessant omnes difficultates memoratae, & neutra pars causam conquerendi habet.

## §. X.

Solent alias JCti cum cura distingui in contractibus substantialia seu essentialia, naturalia & accidentalia: Cui doctrinæ alias multa imminentur, sæc. opus esse pe subtilia magis quam utilia. Solent equidem hæc tria communiter sic distingui, quod essentialia non possint abesse, & quod adeo sine iis contractus nequidem possit concipi, naturalia vero per pacta quidem possint removeri salva manente substantia contractus, interim tamen regulariter insint contractibus, etiamsi verbis non fuerint expressa; accidentalia denique regulariter absint, nisi pactis exprimantur. Interim tamen quoad essentialia, potissimum id cogitandum est, contractuum essentiam dependere ab impositione hominum, adeoque diversam rationem esse creaturarum seu entium physicorum & moralium. Illorum essentiae sunt perpetuae & æternæ; Horum es-

Idque præsumi, nec pacto ant chreos.

B. 3. foliū māte sup fentiā

sentiæ variant pro moribus populorum & temporum. Sufficit, quod naturalia & substantialia in eo convenient & differant simul ab accidentalibus, quod utraque insit contractibus, etiamsi diserte de iis non fuerit conventum. Igitur & in præsenti quæstione parum intererit, sive dixeris, pertinere ad essentialia, sive ad naturalia pignoris, quod fructus rei debeant relinquiri creditori. Nobis enim sufficiet ista observatio, quod abstrahendo a lege positiva, in oppignoratione rerum frugiferarum creditor percipiat fructus, etiamsi pactum antichresos nullum adjectum sit, & quod sufficiat, si perceptio fructuum per conventionem partium ipso non sit interdicta.

§. XI.

Imo credi-  
torem non  
esse obstri-  
ctum ad  
reddendam  
rationem.

Extendit porro conceptus ulterior securitatis assertionem nostram, ut non solum creditor percipiat fructus ex pignore, sed etiam eos lucretur, nec opus sit, ut de iis rationem reddat, aut quosdam ex iis restituat debitori, si modo a debitore non postulet usuras sibi pendit ultra perceptionem fructuum. Cum enim, ut diximus, fructum fere omnium perceptio requirat & impensas & industrias percipientis, id quidem receptum est inter homines, ut fructus computentur deductis impensis, sed industria in computatione fructuum nec solet deduci nec commode potest: Ergo si rationes cogeretur reddere creditor de perceptione fructuum, & superfluos reddere, aut in sortem creditam computare, loco quietæ securitatis, quam in acceptione pignoris intendit, sibi attraxisset laborem & onus. Adde, quod par debeat esse conditio creditoris & debitoris. Debitor, quantuscunque etiam usuras solyat creditori, sæpissime tamen

men pecunia credita plus lucrat, adhibita videlicet varia industria, de quo lucro usuras excedente, nullas rationes reddit creditor. Ergo si & creditor fructus industria sua ultra usuras conventas lucretur, eadem est ratio. Nec obest, quod supra (i) dixerimus, pi- (i) §. 4. h.  
gnus debere plus valere, quam est quantitas pecuniæ <sup>cap.</sup> debitæ adeoque plus videatur percipere creditor quam debitor ex pecuniæ usu. Nam valet illa prior obser- vatio præcipue in pignore sterili, ut creditor etiam ra- tione usurarum possit esse securus, ut jam supra eam ita declaravimus. Quare huic præsenti observationi, quæ de oppignoratione rei non sterilis loquitur, ea- dem opponi nequit. Ut taceam, regulariter, aut cer- te frequenter, maiores usuras percipi posse ex pecu- niâ, quam fructus ex prædiis ejusdem valoris. Nam cum v. g. hodie in imperio usuræ quincunces ita pro- justis habeantur, ut etiam in probatione <sup>re</sup> interesse absque ulteriori probatione liquidatio earum admit- tatur, notum tamen etiam est, quod sèpissime in æ- stimatione aut taxatione prædiorum, respeetus is ha- beri soleat, ut quartuor taleri ex fructibus percipiendi, computetur in singula centum taxæ totius fundi. Er- go hæc confideratio efficit, ut raro fructus, ex rebus oppignoratis percepti, superent usuras consuetas pecuniæ creditæ, et si pignus plus valeat quam quan- titas credita.

§. XII.

Cave igitur, ne auctoritas doctrinarum quotidiana, Responde- rum tibi hic scrupulum moveat. Quid enim? An hæc tur dubiis assertio convenit cum æquitate naturali? Annon repu- ex arcani politica pa- gnat diserte juri divino, omnem usuram pravitatem ferio palis.

16<sup>o</sup> Dissert. Inaug. de usu pract. accur. disinct. inter emtionem &c.

serio prohibenti? Annon juveni talibus asserris, sub larva juris naturalis & gentium prolatis, corruptitur, ut ea, quæ contraria sunt claris legibus & recessibus Imperii, contractus usurarios serio prohibentibus, imo quæ etiam apud Principes Protestantes pœnis Ecclesiasticis coercentur, pro licitis, & ex natura ipsius pignoris profluentibus habeat, & sic omnem pietatem & probitatem pedibus conculcat? Sed bona verba quæso. Nolo hic camarinam mouere, de pietate fucata & larvata, quæ tot seculis imposuit incautis, nec prolixe ostendere, quomodo eæ objectiones omnes ex intimis arcans papatus originem ducant, ac quomodo sub larva æquitatis, cerebrina & insulsa æquitas se animis JCtorum hic insinuaverit. Tetigit id ulcus alibi

(k) Dissert. Dominus Præses (k) Nobis sufficiet, in præsenti pecul. de pauca illa annotasse. Jus divinum usurpas prohibens æquit. cere- non universale & morale, sed forense est, respiciens brina l. 2. C. solum rempublicam Israeliticam, ut latius probavit de Rescind. insignis JCtus Belga Gerhardus Noodt (l). Porro ex vendit. c. 1. principiis juris constat, non licere quidem Principibus

(l) Tractatu legibus civilibus permittere ea, quæ juri naturali sunt integræ de prohibita, aut prohibere quæ sunt præcepta; at in iis forenre & u. quæ jure naturæ licent, summae potestatis est, pro ratione variantis utilitatis reipublicæ potestatem legislatoriam exercere, vel eadem præcipiendo, vel etiam prohibitione libertatem naturalem minuendo. Non asserimus, præcipere jus naturæ, ut creditor relinquantur potestas fructus percipiendi ex re oppignorata, indicamus saltem, quod dictamen rectæ rationis indicet, hunc modum constituendi pignoris esse, ex natura pignoris, ad finem contrahentium obtinendum, aptissimum.

mum. Adeoque frustra nobis opponuntur quæcunque leges positivæ, cum naturam pignoris considemus abstrahendo a lege omni positiva. Non magis in illa consideratione per regulam determinari potest, quantæ usuræ sint licitæ, quam in venditione rerum determinari potest, quanti res valeat (m), sed omnia illa, quantum ad regulas iustitiae pertinet, relinquenda sunt prudenti arbitrio contrahentium. Dum vero regulæ charitatis suadent, aliquando vel nullas usuras, vel minores pro pecuniæ debitæ usu sumendas esse, huc non pertinent, cum jam versemur in quæstionibus juris, quid justum sit & injustum, non in quæstionibus decori, quid deceat, aut non deceat. Adde quod, ubi de decoro quæstio est, determinatio communis usurarum legitimarum, sive quincunces sive semiisses, sive etiam trientes ad quæstionis resolutionem non sufficiat.

§. XIII.

Etsi vero hæc omnia quæ haecenus memora-  
vimus fluere ex securitate creditoris, quæ in consti-  
tutione pignoris intenditur, debeant debitorem eo  
fortius urgere, ut, tempore convento, debitam pecu-  
niæ summam offerat creditori, & ita luitionem pigno-  
ris ipse urgeat, non tamen illa plenitudinem securita-  
tis istius exhauiunt. Possunt enim multæ circum-  
stantiæ intervenire, ut creditor tamen pignoris luitio-  
nem negligat. Adeoque circumspectiendum est ulte-  
rius quid hic ratio dictaret, ut caveatur creditori. Duo  
vero in hac quæstione secundum naturam negotii ca-  
sus erunt secernendi. Vel enim convenerunt partes  
in constituendo pignore, ut intra certum ac determi-

(8) Si cer-  
tuin tem-  
pus ad re-  
litionem  
fit determi-  
natum, fini-  
to illo rem  
oppignora-  
tam in  
commis-  
sum cade-  
re.

C

natum

natum tempus reluitio fiat, vel talis conventio non est addita, sed reluitionis tempus mansit indeterminatum. Priore casu id videtur tacite actum, ut, si intra tempus determinatum, luitio pignoris a debitorē non fiat, pignus cadat in commissum h. e. ut ab illo tempore, ejus dominium irrevocabile transeat ad creditorem. Dum enim tempus reluendi pignus ista conventione fuit determinatum, alijs sensus esse nequit, quam ut post illud tempus debitor juri reluendi renunciasset censeatur. Renunciatio reluitionis vero alium effectum habere nequit, quam ut pignus, jure dominii, apud creditorem maneat. Quodsi vero pactum legis commissoriæ, expresse fuerit additum multo minus dubii subest, ab eo tempore creditorem acceptisse dominium irrevocabile. Neque hoc pactum, sive expressum, sive tacitum, abstrahendo ab aliis circumstantiis, pro iniquo erit habendum. Censetur enim tum debitor aestimasse, rem oppignoratam tantum valere, quanti est quantitas debita, & ita tempore reluitionis elapso, eam pure vendidisse pro illa summa creditori.

## §. XIV.

Atque adeo eam postea & irrevocabilis dominus rei oppignoratae, ab illo tempore factus est, possit eam pro lubitu alii vendere, precepsa a credito re sine restituzione superantibus.

Ex dictis porro sequitur, ut creditor, qui plenus est & irrevocabilis dominus rei oppignoratae, ab illo tempore factus est, possit eam pro lubitu alii vendere, atque sic tanquam verus rei dominus, dominium in emtorem transferre. Neque adeo obligatus est, ut, si rem pluris vendiderit, excedentem summam restituat priori debitori, (nisi ex charitatis regulis id facere sponte velit, de quo jam non est quæstio.) Nihil enim afferri potest ex natura conventionis, quod creditorem

rem ad eam restitutionem adigat. Rursus si minus  
recepit, quam antea fuit pecunia credita, aut si res  
oppignorata tempore determinato elapsa forte mu-  
tata & absque facto creditoris deteriorata sit, ut tanti  
non valeat, quanti erat antea, creditor id, quod ipsi ex  
credito adhuc abest, a debitore repetere etiam nequit,  
(adeoque justum est, ut creditor qui hoc casu incom-  
modum sentit, in priore illo etiam sentiat commo-  
dum.) Diximus enim, ubi tempus reliundi deter-  
minatur, id tacite actum censeri, inter creditorem &  
debitorem, ut res oppignorata pro pretio summae de-  
bitæ creditori debeat esse vendita. Periculum autem  
& commodum rei venditæ pertinet ad emtorem.

§. XV.

Cum autem in hoc casu, determinati ad reli- Pendente  
endum pignus temporis, multæ circumstantiæ etiam vero tem-  
intervenire possint, ut creditor pecunia credita valde pore etiam  
indigeat, etiam illud tacite actum esse censetur, ut vendi posse  
creditor jus suum, quod pendente illo tempore in pi- jus credi-  
gnore habet, alii vendere possit. Ita enim prospici-  
turus & securitati creditoris, quæ in pignore accipiendo  
etiam eo tendit, ut in casu indigentiae habeat, quod al-  
teri pro tanta pecunia summa, quantum creditit, ite-  
rū vendere queat, & juri debitoris, cuius regulari-  
ter non interest, a quo pignus suum reliuat. (Dico  
regulariter. Ut enim jam, in natura pignoris ex-  
ponenda, de regulis sumus solliciti, ita non excludi-  
mus limitationes & in hac & in omnibus reliquis af-  
fertionibus, eti scopus noster prolixam earum ex-  
plicationem nobis haud permittat) Adde quod hoc  
modo æqualitas conservetur inter creditorem & de-  
bito.

bitorem. Cum enim debitor pendente illo tempore possit rem oppignoratam alii, quoad jus reliundi vendere, cur creditor respectu juris, quod interim habet in pignore, deterioris conditionis esse deberet,

§. XVI.

(9) At si tempus reliundi sit indeterminatum, saltem jus pignoris a creditore vendi posse.

Posteriore casu, & ubi pignus simpliciter traditum fuit creditori absque determinatione temporis, ad reliendum destinati, id actum esse censetur, ut creditor ante relutionem non majus jus habeat, quam quod habet in casu temporis determinati, pendente tempore. Igitur uti tum in arbitrio debitoris est, quocunque tempore velit, solutione debiti, reliuere pignus, ita ut juri huic reliundi nunquam praescribi possit; ita & creditor poterit, quocunque tempore urge-re debitorem, ut pignus reliuat. Si creditor nolit ad-mittere lutionem, debitor eum actione instituta, ad re-stituendum pignus adigere poterit. Similiter credi-tor debitorem, si sponte reliuere nolit. Quod si via judicij illis displicerit, uti debitor jus reliundi alii pos-terit vendere, ita creditor suum jus quod in pignore habet. Ulteriora remedia deficiunt, quibus creditor debitorem ad reliendum pignus adigat. Et sibi im-putet, quod tempore accepti pignoris, tempus ad reliuendum non determinaverit. Neque enim, abstra-hendo a lege positiva, prima, neque secunda, neque tertia denunciatio creditoris id efficient, ut per eas jus vendendi ipsius corporis oppignorati acquirat. Imo et si centies denunciaverit. Quod enim in casu tem-poris determinati, post illud elapsum ipsi potestatem vendendi corporis indulserimus, id ex conventione deriyatum fuit, quæ hic deficit. Denunciatio enim est

est actio solius creditoris, quæ debitorem ad novum contractum ineundum cogere nequit. Quodsi debitor ultro denunciationem illam acceptet, adeoque cum creditore de tempore relutionis conveniat, nullum est dubium, quin ea conventio eosdem producat effectus, quos diximus oriri, si ab initio statim tempus reliundi determinent.

§. XVII.

Quemadmodum autem ex hac tenus dictis abunde constat, quod, ubi res non steriles pignori sunt traditæ, cum possessione majus jus in creditorem transfeat, quam sola custodia rei, ita non inconveniens erit, si istud jus omne, antequam res in commissum cadat, dixerimus esse dominium revocabile. Habet enim omnes effectus, quos alias, aliæ dominii revocabilis species, abstrahendo a lege positiva habere solent. Quæ uti variæ sunt, ita jus creditoris hac parte quoad effectus istos simillimum esse juri, quod emitor habet in venditione sub pacto de retrovendendo, docebit caput sequens.

§. XXIX.

Ergo & periculum hoc casu erit creditoris, ha- Cujus tum  
stenus videlicet, ut non possit repeterere debitum, si sit pericu-  
non possit reddere pignus in eadem bonitate, in qua lum.  
idem acceperat. Nam ex altera parte etiam pericu-  
lum ad debitorem pertinet, ut non possit a creditore  
repeterere pretium rei oppignoratae quatenus ejus va-  
lor excedit summam quantitatis debitæ. Ita enim se  
res etiam habere solet, in venditione sub conditione  
retrovendendi. Adde, quod alias securitati creditoris  
fieret præjudicium, si cogeretur summam illam exce-  
C 3 dentem

Jus credi-  
toris in res  
non steriles  
oppignora-  
tas esse do-  
minii revo-  
cabilis spe-  
ciem.

31

dente m solvere debitori, & quod alias, in aliis etiam negotiis debitor speciei liberetur, si res circa ejus culpam intereat. Quæ ultima ratio efficit, ut idem, quod de periculo hic diximus, etiam extendamus ad casum, ubi res sterilis oppignorata fuit creditor i. et si hic dixerimus cum possessione solam custodiā transire ad creditorem.

§. XIX.

Quid juris  
sit post re-  
lutionem,  
circa im-  
pensas in  
pignus a  
creditore  
factas.

Restat quæstio, de impensis in rem oppignora-  
tam a creditore interim factis, post relationem debi-  
toris. Loquor de impensis non in conservationem  
rei factis, utpote quæ suo modo pertinent ad percep-  
tionem & aestimationem fructuum, sed de impensis,  
quibus res aut melior facta fuit, aut facies rei oppi-  
gnoratae immutata. Distinctio juris Romani in im-  
pensas necessarias, utiles & voluptuarias subtilis qui-  
dem est, sed in applicatione ad negotia in societate  
humana obvenientia rem magis implicant, quam ex-  
plicat. Accedit, quod illa distinctio potissimum in-  
venta sit in quæstionibus definientiis, de jure malæ  
& bonæ fidei possessoris, nec adeo ad creditores ap-  
plicabilis. Hic enim nec malæ fidei possessor est, cum  
pignus possideat ex conventione cum domino, & plus  
juris ei competit in re oppignorata, quam cuiilibet bo-  
næ fidei possessori, ut ex haecen deducatis liquet.  
Est tamen & alia ratio differentiæ inter bonæ fidei  
possessorem & creditorem, quæ hoc intuitu jus cre-  
ditoris quodammodo facit deterius quam bonæ fidei  
possessoris. Hic enim in justo errore versatur, pu-  
tans, quod perpetuus rei vel unicus sit dominus, at  
creditor & omnes qui dominium revocabile habent,

sci-

sciunt jus suum non esse perpetuum. Ergo abstrahendo a lege positiva, hic nihil æquius esse videtur, quam ut creditor nullam habeat directam actionem, adversus debitorem reluentem, ad impensas illas repetendas, sed ut tollat rem illam novam, in quam impensas fecit, aut, si malit debitor rem retinere, ut tum debitor reluens, restituat ejus pretium, quanti astinaverit creditor. Quodsi de pretio convenire nequeant, & debitor vile nimis pretium offerat creditori, liberum huic erit rem tollere. Itaque electio creditoris est, utrum tollere velit rem, an justo pretio eam debitoris relinquare. Ita neuter conquerendi occasionem habebit justam. Non creditor, quod debitorem adigere nequeat, ad pretium impensarum solvendum. Injustum enim esset, si debitoris conditio nem velit reddere deteriorem, cuius forte non interest, eam rem retinere ex qua utilitatem & jucunditatem percepit creditor. Nam hominum utilitates & jucunditates variant. Neque debitor. Si enim hic nolit rem afferri, semper in ipsius arbitrio erit, per indirectum debitorem impedire, ne rem destruat, si scilicet justum pretium ei offerat. Stultus enim foret, si non mallet pretium hoc acceptare, quam rem destruere.

§. XX.

Jam videamus, quod jus Romanum addiderit, Jure Ro vel derraxerit iis observationibus, quas hucusque de mano quid jure creditoris in pignus, abstrahendo a lege positiva, olim fidu fecimus. Ubi quidem ex iis, quæ nobis restant, frag. cia fuerit  
mentis juris veteris ante Justinianum, <sup>n)</sup> constat, olim

pi-

(n) Paulus Sent. L. 1. tit. 9. §. ult. L. 2. tit. 4. rubr. & 9. ult. tit. 5.

§. 1. & 2. tit. pignus duobus modis apud Romanos fuisse constitutum, partim simplici depositione, (o) partim fiducia. Sed in oribus, lib. 3. quo capite præcise vel effectu hi duo modi differentiam agnoverint, ob brevitatem locorum, qui fiduciam memorant, valde in obscurō est, præprimis cum fiducie vox etiam in aliis negotiis, quam in mutuo & pignore adhibita legatur (p), & adeo sæpe dubium sit, utrum, (o) Hac pma. si Paulus di- cum de fiducia sermo est, de illa specie pignoris lo- serie alteram quantur scriptores. Quidam fiduciam putant idem esse pignoris spe- cum hypotheca. Sed horum sententia parum videtur ciem a fidu- verosimilis, cum hypothecæ possessionem creditor non cia distinguit habeat, at fiduciæ possessionem haud dubie habuit (q). d. l. II. §. 1. Sed sefellit auctores primæ sententiæ, quod Cicero (r) dicat, hypothecas commissas esse, quod alias de fiduciis pad Paulum dicit Paulus (s). Sed haud dubie Cicero locutus est de II. 4. rubri- alio pacto, cuius mentio fit in iure Justinianeo (t). De- cam cum §. cepti etiam sunt, quod observaverint, Tribonianum ult. jungas, in legibus Pandectarum ubique terminum fiducia ex- videtur fidu- punxisse, & ejus loco, vocem hypothecæ substituisse. cia predicari de contratu Secunda sententia vult, in fiducia rem oppignoratam atrimonio. cum solennitate mancipacionis fuisse creditoris traditum, sed cum duabus conditionibus, ut nimurum, si Adde Gotha. intra determinatum tempus debitor pignus lueret, id Cod. Theod. a creditore ei remanciparetur, si non redimeret, cre- p. 254. ditor potestatem haberet solummodo pignus vendendi. (q) Paul. II. De priore conditione nullum quidem est dubi- 13. fore per totum (u). At posterior non probatur ex doctrina Pauli, 56. iam non solvente debitore, fiduciam tamen vendere (s) II. 13. nequeat, nullam habere efficaciam (v). Nam ex (t) L. 1. C. de eo p. 13. pign.

(u) Propter notitiam a Paulo II. Sent. 13. §. 3. (v) II. 13. §. 5.

eo id solum sequitur, quod creditor elapsō tempore  
pignus possit vendere, (quod etiam potest ex tertia sententia,) non vero probatur, quod præter potestatem  
vendendi non posse ipse retinere. Unde tertia sententia  
videtur omnium verosimillima, fiduciam esse contra-  
etum, quo pignus solenni mancipatione tradebatur  
creditori, ut si determinato tempore debitor solvat,  
id ei remanciparetur, si non solveret debitum, pi-  
gnus caderet in commissum, id est, ut creditor illud  
quiete possideret, nec posset id relui tempore isto elap-  
so a debitore, at si creditor fiducias postea distrahe-  
ret, superfluum debitori restitueret. (x) Qui hanc sen-  
tentiam impugnant, fatentur, pactum legis commis-  
soriæ quandoque fuisse adjectum fiduciæ, (y) at id  
non semper factum fuisse, & ubi id non accederit, sal-  
tem creditori licuisse ex contractu fiduciæ pignus ven-  
dere. Verum uti posterior hæc assertio per textum  
quem adducunt, (z) ut modo fuit ostensum, nequa-  
quam probatur, ita contrarium præter istum locum.  
Ciceronis verosimile est, quia Paulus fiduciam & le-  
gem commissoriam synonymice videtur usurpare (a).

(a) *Si in d. L. II. tit. 13. jungas rubricam cum textu.*

§. XXI.

Quare & auctores secundæ sententiae in eo fal-  
luntur, quod doceant, in contractu fiduciæ dominium  
pignoris statim ab initio transisse, non demum vi legis  
commissoriæ elapsō tempore determinato. Quale non statim  
enim istud dominium foret, ubi creditori ne quidem transisse ad  
ullos fructus ex re per fiduciam tradita percipere li-  
cuit, sed si quos percepit, illi in fortē suere imputa-  
ti

(x) *Paulus II.*

13. §. 1.

(y) *Propter  
locum Cice-  
ronis pro  
Flacco c. 21.*

(z) *Pauli II.*

13. §. 5.

*Cicero in  
On. M. Tulli  
Cicerone  
13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

*13. 1. 13.*

(b) *Paulus II. ti (b).* At inquiunt, si non tuisset dominus factus nullala posset ratio dari, cur debitor creditori non potuisset fiduciam vendere, cum tamen aliis vendere potuerit (c).

(c) *Paul. II. 3.3.* Ergo, dicunt, illa subsunt ratio, quod creditor jam fuerit dominus. Sed & hic falluntur. Porius ratio fuit, quod creditor fiduciam contrahens deberet ex lege commissoria expectare tempus determinatum, ante tempus istud vero non potuerit, ne quidem superposita persona tercia istud sibi acquirere (d).

(d) *Paulus II. 3.4.* Et parum cohæret ista doctrina, dum mox parentur ejus auctores, quod dominium istud creditoris pendente lege commissoria acquisitum sit non proprie tale. Dominium enim impropter dictum, dominium plane non est. Imo ne quidem postquam pignus in commissum cecidit, dominium regulare pignoris acquisivit, quia post venditionem, superfluum coactus fuit redere debitori.

Fiducia a  
Constanti-  
no M. sub-  
lata.

(e) *Lib. 3.*  
*Cod. Theod.*  
*tit. 2. l. un.*  
*& l. 3. Cod.*  
*Just. depa-*  
*tit. pign.*  
*(f) §. 20.*  
*bujus capitū.*  
*(g) in cap.*  
*12. Tobie.*

§. XXII. Sed sustulit illam legem commissoriam in pignore, adeoque simul fiduciam veterum Romanorum Constantinus M. (e). Dissidentes contra urgent, quod non confundenda sit lex commissoria cum contractu fiduciæ. Sed ad istam objectionem jam fuit responsum (f). Ista objectio prima fronte gravior, post Constantinium Magnum diu fieri mentionem fiduciæ, ergo ab illo eam non tuisse abrogatam. Nam, dicunt, Ambrosius (g) fiduciæ meminit, & Sidonius Appollinaris. Quinimo ipsi Imperatores Arcadius & Honorius contractum fiduciæ expressis verbis confirmant (h). Sed responso tamen ad ista non longe est

(b) *Cod. Theod. lib. 15. tit. 14. de infirm. bis que sub tyrann.*

est querenda. Nihil frequentius illis temporibus, <sup>barb. ges.</sup> quam ut imperator antecessoris leges mutaret. Er- <sup>sunt. leg. g.</sup> go id demum ex dictis sequitur, Constantini M. abro- <sup>verbis: pi-</sup> gationem fiduciæ & legis commissoriæ apud succes- <sup>gnoris atque</sup> sores caruisse effectu: imo compilatores Codicis <sup>fiducia obli-</sup> Theodosiani leges contradicentes compilationi suæ <sup>gatio perse-</sup> inseruisse, videlicet legem illam Constantini, & le- <sup>verent.</sup> gæm Arcadii & Honorii. Sed nec hoc aliquid inusita- <sup>mussimil</sup> tatum est (i).

(i) adde Dn. Praefidis Navos Jurispr. ante Justin. l. 2, c. 6. p. 95.  
& p. 108. n. 5.

§. XXIII.

Interim, quicquid sit de illa Constantini M. Et a Justi-  
constitutione, nobis sufficiet, quod Imperator Justi-  
nianus in suum Codicem constitutionem illam Con- <sup>niano ex</sup>  
stantinianam retulerit, (k) istam vero alteram Arca- <sup>corpo reju-</sup>  
dii & Honorii omiserit, atque hoc modo priorem ap- <sup>rnis expun-</sup>  
probaverit, posteriorem vero, quæ fiduciæ mentio- <sup>eta.</sup>  
neum fecit, tacite improbaverit. Unde etiam <sup>ii, pign.</sup>  
qui negant, Constantimum cum lege commissoria fi-  
duciam abrogasse, concedunt, a Justiniano tamen fi-  
duciam fuisse abrogatam, quia ævo Justiniani solennes  
illæ emancipationes & remancipariones, tanquam  
fabulæ antiqui juris dudum in usu esse desierint. Et  
quamvis alii etiam quoad hanc assertionem illud ob-  
jiciant, quod Justinianus quidem solemnitates illas an-  
tiquas non agnoverit, propterea tamen rem ipsam  
& nempe contractum fiduciæ non sustulerit; vellem  
tamen, ut illi autores id cogitassent, Justinianum,  
si contractum fiduciæ voluisset retinere, non fuisse  
permisurum, ut Tribonianus ex omnibus JCrorum

& Imperatorum legibus fiducia vocem expungeret,  
& loco ejus *pignoris* vel hypothecæ nomen substitue-  
(*1*) *Salmasi*-ret, quod jam ab aliis sufficienter probatum fuit (*1*)  
us de modo contra quos nihil memini allatum fuisse a dissentien-  
*usurarum p. tientibus* quod ulteriore responsum mereatur.  
179.590.seq.

s. XXIV.

Pignus Ju- Ergo jam ordo postulat, ut consideremus, utrum  
stinianeum pignus juris Justinianei conveniat cum iis, quæ ab-  
in quibus strahendo a lege positiva sua sponte quasi, & jure gen-  
conveniat tium, ex natura pignoris fluere, in antecedentib⁹ often-  
cum pi- dimis fusius. In conceptu quidem generico nihil mu-  
gnore juris tatum. Nam & jure Justiniano pignus in securita-  
gentium. tem creditoris constituitur, & est contractus accesso-  
(*m*) vide su- rius præprimis mutui (*m*) & creditoris est possessio in  
bus cap. §. 1. & 2. pignore (*n*), scilicet detentio rei qualis ad securitatem  
fir. ins. qui sufficit (*o*). Nec in iis mutationem observare licebit  
bus mod. re in jure Justiniano, quæ supra de idoneitate pignoris  
contr. oblig. intuitu securitatis notavimus, nimis, ut pign⁹ valeat  
l. m. §. 2. de pign. act. ultra quantitatem debitam, ut æstimatio pignoris respe-  
(*n*) supra §. 3. Et huj⁹ valoris fiat secundum tempus præsens, quo res  
(*o*) l. 15. §. 2. oppignoratur, & quidem, quanti res vendi possit pre-  
pm §. 4. 5. quis satis. tio communi, non pretio affectionis, item ut pignus  
cog. l. 16. 1. habeat primum durabile (*p*). Non opus est, ut de  
33. de usurp. singulis leges conqueramus, fluunt enim ex regulis  
(*p*) vide su- prudentiæ, de quibus leges non solent dari. Neque  
pm §. 4. 5. enim prudentia præcipit, sed suadet. Ergo sufficit,  
6. 7. quod jus Romanum hac parte per leges nihil muta-  
verit. Quod porro diximus, in re sterili ad securi-  
(*q*) §. 8. tatem sufficere rei custodiam absque potestate utendi  
(*q*), id tantum abest, ut displicerit Romanis, ut po-  
tius in omni pignore etiam, quod in rebus non sterili-  
bus

bus constituitur, idem juris esse voluerunt. Denique quod de cessante impensarum repetitione intuitu creditoris asseruimus §. 19, etiam juri Romano est conveniens L. 7. C. de pign. act. 1. 8. pr. & omnino l. 25 ff. eod.

S. XXV.

Ergo hic incipit differentia inter jus gentium & in quibus Romanum. Diximus, in rebus non sterilibus oppigno- differat. ratis & securitatem creditoris & utilitatem debitoris requiri, ut fructuum perceptio relinquatur creditori, idque presumi, nec opus esse pacto antichreos (r). (r) §. 9. 10. At jus Romanum regulariter etiam in his rebus nihil aliud vult transire ad creditorem, quam possessionem & custodiam, potestatem utendi & fructus percipiendi non nisi ex pacto antichreos, in tantum, ut si tale pactum non fuerit adjectum & creditor invito debitor re, re oppignorata utatur, actione furti conveniri pos- fit, & fructus percepti qualescunque, imputentur in fortē & usuras (s). Neque enim antichresis tacita, quam fingunt sibi Dd (t) ullum fundamentum in jure Romano habet, ut adeo Hottomannus etsi forte alias infelix emendator legum sit, hic tamen, ex necessitate aet. doctrinæ juris (u) textum emendaverit (x). Adde, (v) ex l. 8. in quod & explicatio Hottomanni convenientia exacte cum alia doctrina Pauli in eodem libro, ex quo ille textus desumptus (y), ubi videlicet Paulus notat, ne quidem in fiducia licere fructus percipere, sed si percipientur, computari in fortē (z). Ergo tantum abest, ut ex

D 3 men. Err. Pragm.

(u) d. l. 1. 2. 3. C. de pign. aet. (x) I. obs. 4. ut adeo frustra contra Commenta- eum disputeret Ant. Faber. Legit vero pro gratuita pecunia, non torces com- gratuia. (y) sc. ex lib. 2. sent. Pauli. Nam ipsa illa l. 8. infra frag- menter. mento hodierno sententiarum non extat. (z) vid. supr. §. 21.

(a) *supra* §.

u. 12.

(b) *de vario**usurarum**fato in Rep.**Rom. vid.**omnino**Gerb. Noodt**de fœnore &**usuris l. 2. c.*

3. 4. seq.

(c) *Quem re-**futur. idem**D. Noodt**ibid. libr. 2.*

cap. 9.

(d) *arg. l. 2.**C. de pign. l. 1.**C. de distrah.**pign. Carp.**p. II. Conf.*

30. def. 40.

(e) *supra* §.

13.

(f) *l. 3. C. de**past. pign.*(g) *supra* §.

14.

(h) *l. fin. C.**si vend. pign.**agat. l. 42.**de pign. act.*(i) *supr.*

§. 15.

mente Pauli in pignore simplici id licuerit. Diximus jure gentium creditorem fructus percipientem ex pignore non teneri ad reddendas rationes de perceptis fructibus (a). At apud Romanos aliter se res habebat, ibi enim cum legitimus determinatus esset usurarum modus (b) etiam, ubi pignori pactum antichreos esset adiectum, non licet tamen legitimum hunc modum usurarum in perceptione fructuum excedere, frustra dissentiente in hac quæstione Cujacio (c), unde non potuit non sua sponte sequi, quod creditor rationes reddere debuerit de perceptis fructibus (a). Diximus porro, finito tempore ad relutionem pignoris determinato, jure gentium pignus in commissum cadere (e). At postquam Constantinus M. legem hanc commissoriam in fiducia sustulerat, & Justinianus eam legem corpori juris inferuerat (f), etiam jure Justinianeo sublata est lex commissoria. Diximus, jure gentium creditorem, qui post legem commissoriariam pignus vendidisset, non teneri, ut debitori restituant pretium exuberans (g). At jure Romano id non licere, vel ex eo patet, quod pactum legis commissoriae fuerit sublatum. Unde omnino superfluum pretium, quod scilicet pecuniam creditam excedit, debitori & ejus heredi erat reddendum (b). Diximus porro, pendente tempore ad reluendum determinato jus creditoris, quod in pignore habet, pro tanta pecuniæ summa alii vendi posse (i). Etsi vero jus Romanum hic non dissentiat, solet tamen hanc venditionem, ut eo melius a distinctione pignoris ipsius fecernat, appellare dationem (k), con-

(k) *t. t. C. si pignus pignori datum sit. l. 13. §. 1. de pign.* Adde Schäpp. ad *Dig. de distrah. pign. n. 3.*

conveniente utique nomine, cum novus emtor, cui  
jus pignoris saltem est venditum nihil amplius, quam (l) supra  
jus pignoris in re emta, consequatur. Denique dixi §. 17.  
mus in casu temporis ad reliendum indeterminati, (m) Paulus  
jure gentium a creditore non pignus ipsum vendi posse, Lib. 2. sent.  
sed saltem jus pignoris, id est, pignus ipsum pignori tit. 5. §. 1.  
rursum posse dari (l). Sed & hic jus Romanum aliud (n) t. t. C. de  
constituit. Etenim jam jure veteri, ubi adhuc con- jure domino  
tractus fiduciae in usu erat, creditor simpliciter sibi pi- imper.  
gnus depositum vendere poterat (m). Jure vero Ju- Schapf. ad  
stinianeo, quo contractus fiduciae & pactum legis tit. Dig. de  
commissoriae erat sublatum, necesse erat, ut credito- n. 3. seq. &  
ris securitati circa venditionem pignoris alio modo pro- ibid. Dd.  
spiceretur, interim tamen antiqua illa pignoris ven- (o) supra §.  
dendi licentia, variis modis fuit restricta (n). Ex di- 17. & 18.  
ctis vero sua sponte sequitur, ut ea, quæ jure gentium (p) L. 12. pr.  
supra asseruimus, de jure dominii revocabilis, credi- de distract.  
tori in pignore non sterili competentis, & quod res (q) L. 24. §.  
oppignorata sit haec tenus ipsius periculo (o), etiam ju- fin. de pign.  
re Justinianeo, se plane habuerint aliter. Nam eo jure act. §. ult.  
nec dominium transit in creditorem, sed apud debi- Inst. quib.  
torem manet (p), nec adeo in pignore periculum cre- mod. re con-  
ditoris est, sed solius debitoris (q). brab. obliga.  
§. XXVI.

Quodsi in causas harum differentiarum inquirere Rationes  
velimus, latus hic dicendi campus se offert, si modo harum dif-  
institutum nostrum pateretur, ut prolixius quæstionem ferentiarū  
hanc evolveremus. Si dicendum, quod res est, subtilio- subiles  
res eæ videntur, quam solidæ, Scilicet, ut a potestate magis, quā  
fructus percipiendi ex pignore incipiamus, causa, quod  
oppignoratio jure Romano citra pactum non inferat, ut  
penes

penes creditorem sit potestas fructus percipiendi, partim in eo videtur fuisse sita, quod mutuum statuerint esse sua natura gratuitum, & quod usuræ in mutuo per expressam promissionem debeant constitui. Cum igitur contractus pignoratitus sit contractus accessorius plerumque mutui, &, si creditor fructus percipiat, percipiat quasi in compensationem usurarum, non fuerunt etiam in pignore potestatem indulgere fructus percipiendi citra expressam conventionem. Sed hanc rationem esse mere civilem & subtilem, vel ex eo patet, quia partim mutuum ex jure gentium non est contractus sua natura gratuitus, sed saltem ex jure Græcorum & Romanorum; partim, quia si hæc ratio a natura accessoriæ, deberet aliquid inferre, saltem jus antichreseos, citra pactum etiam, debuisset competere creditori saltem in contractu mutui, ubi usuræ erant stipulatae &c. Porro quod creditor, si pactum antichreseos accesserit, deberet tamen rationes reddere, ne contractus fiat usurarius, satis ostendit, rationem desumtam esse a determinatione licentiae usurarum, quæ determinatio mere civilis est, cum abstrahendo a legibus civilibus liceat usuras promittere & accipere pro lubitu. Adde, quod cum in lege civili determinatio usurarum eum in finem fiat, ne indigentes a creditoribus adigantur ad promittendas graviores usuras, hic finis fere cesseret in debitoribus, qui habent pignora non sterilia, illi enim facile creditores alios inveniunt, si unus sub levioribus usuris credere nolit. Imo nec illud omittendum, si forte fructus in pignore superent usuras leviores, quod pars illa superans a creditoribus non in iuste retineatur in compensationem

neam curæ & culturæ &c. Ulterius Constantinus M.  
dum legem commissoriæ sustulit, & quæ ab effectu  
legis commissoriæ dependet, retentionem pretij ex-  
uberantis, si pignus fuerit postea venditum, id qui-  
dem fecit propter abusum legis commissoriæ, (r) sed (r) l. 3. C. de  
propter abusum non simul tollendus erat usus, quem *pacto pign.*  
in se & abstrahendo a captionum asperitate, nihil in-  
justi inferre jam supra (s) ostendimus. Denique (s) §. 13. in  
quod jus Romanum, circa vendendum pignus a fine.  
creditore tot cautelas adhibuerit, id omne, necessi-  
tas postulavit, propter sublatam legem commissoriæ,  
quæ si fuisset in usu retenta omnes erant superfluæ,  
cum creditor tum sibi imputare debuisset, quod tem-  
pus reliundi non determinaverit adjecta lege com-  
missoriæ (t). *l. 3. C. de* <sup>(t) per dicta</sup> *supra §. 16.*

§. XXVII.

Et facile patet accuratius leges Romanas con- Præprimis  
siderantibus, in ipsis articulis, in quibus pignus Ro- cum illæ  
manum differt a pignore juris gentium, non subfuis- differentiæ  
se conservationem veræ utilitatis reipublicæ, quia jus omnes elu-  
Romanum permisit aperte ea, quæ in fraudem le- di potuerint  
gum, talia de pignoribus disponentium, facta sunt; & evidenter  
non permisit solum, sed & approbavit, dum in favo- per vendi-  
rem eorum qui fraudem hanc commiserant, cum res cum pacto  
in judiciis controverteretur, pronunciat. Aut igi- de retro-  
tetur jus Romanum imprudentiæ accusandum foret, vendendo,  
quod non puniverit, aut saltem non infirmaverit frau-  
des istas; aut fatendum erit, leges illas Romanas, in  
quibus pignus differt a pignore, quod juris gentium  
esse diximus, non quadrasse ad regulas prudentiæ le-  
gislatoriæ. Probamus assertum de fraude facta legi- bus

E

bus

(u) l. 29. & bus de pignore. Fraus fieri legi dicitur, si quis salvis  
30. ff. de LL. verbis legis, sententiam ejus circum venit (u). Verba legum Romanarum loquuntur de pignore. Sententia ejus & intentio est, ut creditor non debeat percipere fructus majores usuris licitis, & ut pignus non cadat in commissum, & ut adeo creditor non fiat dominus pignoris temporarius ante casum legis commissoriæ, nec perpetuus post eam. Jam finge, Titium velle mutuum sumere a Cajo, Cajum etiam velle mutuum dare, si Titius ædes suas pignoris loco det, sed loco usurarum velle percipere fructus ædium etiam majores, quam usuræ consuetæ sunt, quas ex pecunia mutuo danda stipulari licet, velle etiam tempus reliundi pignoris determinare ad quinquennium sub pacto legis commissoriæ. At non licet hoc per leges Justiniani. Quid igitur agendum? Omittantur voces mutui, & pignoris, & loco ejus adhibeantur termini emtionis, venditionis, pretii, pacti de retrovendendo, tum habebit creditor quod desiderat, rumpantur et si ilia Justiniano & Triboniano. Res clarius patebit ex dicendis capite sequente.

## §. XXIX.

Pignus Germanicum, ejus formulæ antiquæ tres. Jam de Germanis nostris adhuc dicendum sed paucissimis. Horum pignus exakte convenit cum pignore juris gentium, & potissimum in iis, in quibus jus Justinianeum ab eo differre diximus. Ne tamen more andabatarum hic procedamus & ut potius Legitor de veritate assertio[n]is nostræ convincatur, primo ponamus fundamenta ex formulis & legibus antiquis, & potissimum ea, quæ ab aliis negligēta sunt. In (x) Formul. Appendice formularum Marculphi (x) habetur talis cautio

(x) Formul. Appendice formularum Marculphi (x) habetur talis  
so. Tomo II.

cautio de vinea. Domino fratri illo ille. Ad petitione Capit. Balz.  
mea mibi non denegasti, nisi ut in summa necessitate mea <sup>2ii p. 43.</sup>  
argento vel amictō valentes solidos tantos in manu mea  
ad præstítum beneficium mibi præstítisti. Propterea OP.  
PIGNORO tibi vineam proprietatis meæ in pago illo, in loco,  
qui dicitur, illo, ari pennos (z) tantos. Subjungit de am- (z) Forte ju-  
bobus lateribus & ambobus frontibus terra lui (a), intra gera.  
ipsa terminatione & mensura ad integrum, & USQUE <sup>(a) Illa. Du</sup> Fresne hac  
ANNOS TANTOS FRUCTUM, quem ibidem Deus dede-  
rit, ad parte tua elidiatum (b) habere debeas, & per te- <sup>(b) i.e. Sine</sup> Fresne voce  
metipsum ipsa vinea condigere (c) facias, & quomodo ipso lite, fir-  
FRUCTUS TANTOS ANNOS TRANSACTOS babueris, & miter.  
debito tuo reddidero, cautionem meam per manibus recipi. conf. Du  
am, stipulatione subnixa. Actum illo &c. In formulis Fresne voce  
Sirmondicis (d) secundum legem Romanam talis for- illa.  
mula reperitur. Magnifica fratri illo ego ille. Ad me- <sup>(c) i.e. uti.</sup> Idem.  
am petitionem vestra decrevit voluntas, ut mibi beneficium <sup>(d) Form. 13.</sup> ap. Balz.  
de rebus vestris illis INTER ANNOS TANTOS facere de-  
beretis, quod & ista fecistis. Et ego pro hujus merito be- Tom. 2. p.  
nificii OPPIGNORO tibi locellum (e) rem proprietatis meæ 475.  
nuncupantem illum, situm in pago illo, cum omni sua <sup>(e) Prout par-</sup> Fresne buc  
integritate vel soliditate. Ea vero ratione, ut quomodo vum locū.  
jam diēs anni adimpti fuerint, & tu FRUCTUS ipsius Nam fere-  
terra PER QUINQUE ANNOS TANTOS exinde college. Fresne buc.  
ris, ego supra dictum debitum tuum tibi desolvam, & re- non quadrat.  
bus meis, una cum cautione mea de manibus tuis recipiam.  
Et si negligens aut tardus exinde apparuero, supra scriptum  
debitum tuum in DILPLUM partibus tuis sum redditurus.  
Nec omitti debet alia formula, quæ ex archivo regio  
Barcinonensi desumpta est, & annum 1055. adscriptum  
habet (f). Quia legibus seculi est decretum, ut PIGNUS <sup>(f) In ap-</sup>  
quod pend. act. ve-

36 Dissert. In ang. de usipact. accur. distinet. inter emisionem &c.

verum n. 148. quod pro aliquo negotio deponitur, si per cautionem fuerit  
ap. Baluzz. obligatum, robur obtineat plenisimum, idcirco ego Rai-  
Tom. II. f. mundus Comes Paluarensis PIGNORATOR sum tibi Arnaldo  
55. Mironis & Arsindi tuae uxoris. Volo satis ut sciatur a

cunctis, tam presentibus quam etiam futuris, qualiter Va-  
lentia filiam vestram in conjugio accipio. Et vobis ma-  
nifeste convenio, ut eam semper cum honore teneam, sunt  
bomo debet tenere suam legitimam uxorem, & nunquam

(g) adulterium dimittam, dum vixero, nisi propter cucuciam (g),  
quam ipsa mibi faciet, & ipsa cucucia mibi sit probata a

me legaliter, & manifeste convincta, & non sit facta per  
meum assensum, nec per meum consilium, nec per meum sta-  
bilimentum. Insuper convenio vobis, sicut scriptum est in  
alia convenientia, quam in Limingana juxta ipsum castrum  
inter nos fecimus, ut faciam ei commendare omnes meos me-  
iores homines, & faciam eis fidelitatem ei facere, & per  
sacramentum affidare (b), ut si Deus ei dederit infantes ex  
me post meum obitum, si illa viva remanserit, tendant ad  
eam & ad infantes ejus cum omni honore, quod nunc tenent,

& tunc tenuerint per me, & hoc totum faciant sine engan-  
(i). Et ego nunquam collam ei castrum, nec ipsam ter-  
ram, quas, & quam modo ei dare convenio & in ante (k)

Du Fresne ei dabo. Et super hoc ut totum, sicut superiorius est dictum,  
voce: ingenii- teneam, & faciam & adimpleam, mitto vobis & filie ve-  
sum.

(k) In po- strum. Ita de Limingana, cum omnibus eorum terminis & pertinentiis  
sterum. Ita inanzi. cunctis. Sub ea scilicet lege, ut si predictam omnem con-  
venientiam non adimplevero, & non observavero, prefata

omnia incurvant in VESTRA POTESTATE, sine aliqua  
contradictione, ad faciendum, quodcunque VOLUERITIS

face-

facere. Et sic de meo jure TRADO hoc totum secundum modum superioris comprehensum, in vestrum DOMINIUM, & in vestram potestatem. Et qui hoc voluerit vobis disrumpere, nullo modo possit facere, sed in DUPLO vobis hoc totum componat, & postea bac scriptura firmitatem obseruat. Qua est acta Nonis Septembris 25, anno Regis Henrici, Signum Reimundi Comitis &c.

§. XXIX.

Etsi vero, quas adduximus formulæ, magis respiquant Francos in Gallia, quam Germanos interioris Germanes, juncundum tamen erit & utile eas adduxisse, ut nisi appareat, hac parte in Gallia & Germania mores conspirasse, & ut hoc supposito, mores Germanorum ex moribus Gallorum & vice versa suppleri possint & explicari. Ergo quod mores Germanorum propius tangit, quatuor textus ex speculo Saxonico potissimum hic pertinent, quos excerptissime juvabit, ut eorum convenientia cum præcedentibus formulis eo (l) oder auf melius incurrat in oculos. Quilibet poterit bona sua lasset. juste amittere, ut puta, si ea vendat, OPPIGNORET vel (m) Spec. Sax. judicialiter tradat (l) &c. His casibus possessionem jure amittit (n) Mit se sit (m). Quicunque alteri commodat equum, vestimenta, nem Willen vel alia bona mobilia, aut qui ea OPPIGNORAT, vel quo- ten. Non ut cunque modo ea ex possessione sua ex libera & premeditata Schilterus voluntate (n) dimittit, si postea is, qui possidet, eas alteri vult, mit ieo vendat, aut ulterius oppignoret, vel ludo perdat, aut fur- nes Willen. so vel rapina amittat, commodans vel OPPIGNORANS eas Exerc. 25. propter commodatum non vindicabit, sed solum commoda ad Pand. §. 6. seq. refu- tarium & creditorem, cui rem oppignoravit, (vel ejus be- ratum a Dn.

E 3

redemt Præside Inst.

Jur. Germ. MSC. L. i. Tit. 6. f. 30. & D. Gundling §. 79. 80. Conf.  
ipsum Schilterum, de jure retrov. p. 181. seq.

(o) L. 2. art. redem) conveniet (o). Quicquid alicui commodaatur, aut  
oppignoratur, restituere is debet sine deteriorione commo-  
danti vel OPPIGNORANTI, aut solvere ei debet ejus pre-  
tium. Si vero equus vel pecus tempore OPPIGNORATIO-  
NIS moriatur sine culpa possidentis, si hic id probaverit, &  
juramento se purgaverit, pretium non restituit, sed tamen  
(p) L. 3. art. 5. amittit crediti summam, pro qua res erat OPPIGNORATA.  
(q) L. 3. Cap. nisi aliter convenerint (p). Convenit cum his locis ex-  
243. n. 2. 3. & acte jus Sveicum (q), nisi quod quædam impertinen-  
244. n. 1. & tia immisceat ex jure civili & glossa juris Saxonici, de  
248. n. 1. quo mox.

## §. XXX.

Pign9 Ger- Constat vero ex dictis, quod plane conveniat pi-  
manicum gnus germanicum cum pignore juris gentium, etiam  
cum pi- in illis articulis, in quibus jus Justinianeum ab eo di-  
gnore J. G. screpare observavimus. Etenim præter possessio-  
plane con- nem, etiam potestas, fructus omnes ex re percipiendi,  
venisse. ad creditorem fuit translata, sine redditione rationum,  
adeoque hypocriticum illud, & a clero Pontificio in-  
ventum crimen usurariae pravitatis, Germanis fuit in-  
cognitum; transit etiam ad creditorem dominium  
(revocabile) pignoris, adeoque simul periculum. Quin  
& lex commissoria locum habuit, si certum tempus  
reliundi in prima conventione fuit determinatum.  
Omnia hæc asserta probata invenies, si modo lectio-  
nem duorum paragraphorum, proxime præceden-  
tium placuerit repetere. Nec obstat, quod aliquo-  
ties mentio facta fuerit dupli restituendi, in eo casu, ubi  
tempore debito reliutio non fuerit facta, adeoque di-  
versum quid a lege commissoria hic videatur esse  
statutum. Vix enim casus dabilis est, ubi duplum  
yellet

vellet restituere debitor, & non mallet rem oppignoratam creditori relinquere. Aut, si tales causas contingent, lex commissoria tamen vim regulæ haberet, & relutio per restitutionem dupli, exceptionis instar esset.

§. XXXI.

Simul vero patet, oppignorationes Germanorum, a pignore Justiniane plane fuisse diversas, & Justiniane adeo earum naturam ex jure Justiniane non nisi ab surde explicari, aut quæstiones circa oppignoratio- nem Germanicam controversas, definiri. Ut tamen post introductas Academias in Germaniam, simul et iam jus Justinianeum cœpit primum combinari cum patrio, ita mirandum, quod Glossa Germanica in speculum Saxonum (r), per distinctionem ineptissimam jus Romanum & Germanicum conciliare voluerit. Ubi enim jus Germanicum dicit, creditoris periculum in re oppignorata hactenus esse, ut amittat debiti petitionem, Glossa dispositionem juris Romanii contrariam illi dispositioni opponens, ita conciliat, ut afferat, jus Romanum loqui, de casu, ubi creditor non solum securitatem crediti quæsiverit in pignore, sed etiam ultra pignus, fidejussores sibi dari curaverit; jus Germanicum autem loqui de casu, ubi in solo pignore securum se esse putaverit. Nam ut vel tyronibus juris constat, dispositionem juris Romanii etiam obtinere, ubi præter pignus nulli fidejussores dati, ita etiam causas vix dabiles sunt, ubi quis simul fidejussores & pignora dare creditoribus soleat. Deinde, etiamsi dabilitatem hujusmodi causas concedamus, non repetet tamen jure Germanico creditor debitum

Et adeo a  
pignore Ju-  
stini Neo  
plane fuisse  
diversum.

(r) ad l. 3.  
art. 5. p. 195.

40 *Dissert. In ang. de usu pign. ac cur. distinct. inter emisionem &c.*

bitum suum, pignore perdiō, a fidejussoribus, quia, jus Germanicum satis perspicue indicat, debitum tum esse extinctum. Extincto vero debito simul fidejussoris obligatio interit. Et tamen compilatori juris Suevici absurdā illa Glossā distinctio ita placuit, ut eam insereret compilationi suae, addens disertis verbis, creditorem, si simul fidejussores habeat, post pignoris interitum, pecuniam creditam a fidejussoribus reperire posse (s). Ut adeo etiam ex hoc argumento patet, compilationem juris Suevici longe recentiorem esse compilationi juris Saxonici, quod alibi advertitus doctrinam Schilteri latius probavit Dn. Praeses (t). Nec illud hic omittendum, quod Glossa juris Saxonici contra principia juris patrii de natura pignoris, inter alia tradat, quod fructus pignoris in fortē sint compartiti (u).

(s) d. cap.  
343. n. 3.

(t) in bishor.  
jur. Feud.  
Germ. §. 45.  
seq.

(u) ad lib. 2.  
art. 24. p. m.

putandi (u).

227.

Excerpta  
ex aliis do-  
cumentis.

(w) in diff.  
supra citata  
§. 88.  
(x) ibid. §. 90.

(y) vid. §.  
91. 93.  
(z) ibid. §. 93.

Plura documenta pro demonstranda natura pi-  
gnoris Germanici; hic addere nolo, postquam lau-  
dabili diligentia, ea jam collegit Excell. Gundlingius.  
Huc pertinet potissimum, oppignoratio Caroli IV.  
Gunthero Schvarzenburgico facta (w) item oppi-  
gnorationes civitatis Egranae aliarumque civitatum  
imperialium (x). Atque istis antiquioribus tempo-  
ribus, etiam in aliis regnis Europae magis in usū fuit  
pignus Germanicum; vel, si mavis, juris gentium,  
quam pignus Romanum, prout id varia documenta  
ibidem adducta abunde docent, ex quibus perspicue-  
constat, fructus pignoris de sorte non esse deducen-  
dos (y) & clausulam commissoriam in charta Guillel-  
mi Reimundi, Comitis Ceritaniae fuisse adjectam (z).

His

His omnibus adde aliud exemplum a Schiltero ad-  
ductum (a) de oppignoratione ab Imperatore Hein- (a) de Feudis  
rico VII. a. 1308. facta. juria Francici  
§. XXXIII. §. 12.

Quare supersedere potuissent viri de jure patrio Pignus Ger-  
aliasmeritissimi, qui Germanicum pignus allaborarunt manicum  
deducere ex fiducia Romanorum, cum tamen supe. non esse fi-  
rius dicta (b) satis demonstrent contrarium. Ostendi- duciam Ro-  
mus enim in fiducia Romanorum non translatum manorum.  
fuisse dominium in creditorem, cum non licuerit cre- (b) §. 21.  
ditori fructus ex re oppignorata percipere, quod in  
pignore Germanico aliter se habet. Neque adeo  
honoramus patriam, si putemus, eam ita fuisse stupi-  
dam, ut naturam contractus, qui tamen juris gentium  
est, non ex propria ratiocinatione discere potuerit, sed  
opus habuerit eam deum a Romanis petere. Unde  
jam facile responderi poterit dissentientibus, qui pu-  
tant, fiduciam, quæ adhuc in Codice Theodosiano (c) vide su-  
memoratur, una cum Codice transisse ad Francos, ut  
pote qui permiserint populis Romanis in Gallia devi- pra §. 22.  
ctis, ut jus ipsis, secundum Codicem Theodosianum  
diceretur. Nam (1) differentia ingens est, inter fidu-  
ciam Romanorum & pignoris Germanicum, ut modo  
dictum. Sensit hanc responsonem Schilterus (d) a. (d) de jure  
deoqure ut ei obveniret, maluit ineptienti glossæ as- retrovend. p.  
sentiri quam veritati; presertim, inquit, dum glossa (e) 185.  
nolet, eis dominium pignore translulerit, tamen fructus, (e) ad l. 2.  
perinde ut in fiducie contractu, detribendos fuisse. Hic va- art. 24 spec.  
ria supponuntur, aliter se habentia. Nam in pignore  
Germanico fructus non tuisse in fortem imputatos,  
hactenus ex variis documentis probatum fuit. De-  
inde

inde, si fuissent imputati, quis diceret tum dominium in creditorem fuisse translatum. Certe nec ipsa Glosa tam ineptit, ut dominium pignoris creditor i tribuat, & simul neget potestatem percipiendi fructus, sed saltem pro more, textui juris Germanici, assuit requisita pignoris ex jure Romano. (2) Etsi cum Codice Theodosiano quædam ex Romanis moribus transierunt ad Francos, id tamen de Gallis seu cisrhenanis, non de transrhenanis, seu Germanis intelligendum esse, alia occasione ex Alteserra (f) monstravit Dn. Præses (g). Ut taceam (3) formulas pignoris Germanici supra (b) descriptas satis probare, fiduciam Romanorum neque a Franco Gallis fuisse receptam, cum & ex illis pateat, dominium & fructuum perceptio nem translata fuisse ad creditorem,

(f) *Rer. A-*  
*git. lib. 3. c.*  
8. seq.  
(g) *In ap.*  
*pend. ad bift.*  
*Jur. Feud.*  
*Germ.*  
(b) §. 25.

### CAP. III.

Emtionis cum pacto de retrovendendo natu-  
ra, tam ex jure Gentium, quam ex jure Roma-  
no & Germanico.

#### §. I.

**H**aud dubie pignoris & emtionis contractus in se sunt diversissimi, moribus gentium, & in specie etiam Romanis, & Germanicis. Re- trovenditionis seu potius juris retroemendi eadem est ratio, si id in genere consideres. Est enim illud, in latiori suo ambitu, jus, quo vendor rei, emtorem ob ligatum habet, ad rem eodem pretio retrovenden dam. Dico eodem pretio, nam si pretio novo re tro-

trovendi debeat, exiguum fructum sentiret venditor ex hoc jure, cum pretium in emtione venditione constituatur, ex libera voluntate contrahentium, & justum pretium non insit rei, sed alieno arbitrio (i) v. Dn. Praefid. de  
sit subjectum ; adeoque nunquam prudentes legis-  
latores aut paciscentes tale jus retroemendi introdu-  
cent, cum emtor hoc modo non possit cogi, adeoque  
jus istud imaginarium & inane foret. Et si vero, si res  
eodem pretio retrovendatur, improprie sit nova em-  
tio venditio, cum determinatio pretii non dependeat  
a libero arbitrio utriusque contrahentium, ac talis re-  
troemtio nihil aliud sit, quam accurate loquendo re-  
luitio, interim tamen propterea talis retrovenditio  
cum pignore non est confundenda, cum quo qui-  
dem id habet commune, quod in pignore æque ac  
in retrovenditione sit reluitio rei cuius dominium, re-  
vocabile, ad alium transit, in eo tamen differt, quod  
pignus præsupponat creditum aliud, cuius adeo ac-  
cessorium est, jus vero retrovendendi in laxiore am-  
bitu abstrahat ab alio credito, & adeo absque pacto  
etiam contrahentium subsistere possit. Est enim jus  
retroemendi vel legitimum vel conventionale. Le-  
gitimi exemplum est in Republica Hebræorum. (k) Levit.  
Conventionale vel sit sub conditione incerta, vel su- XXV. 24. 25.  
spenditur a tempore. Sub conditione, v. g. si ea nupta Schile. de ja-  
esse desisset, (l) si venditor ad justam ætatem perve- rere retrov. p.  
nerit (m). Duæ hæc juris retroemendi species (legiti- (l) L. 12. ff.  
mum, & conventionale sub conditione) hujus loci de presi.  
non sunt. Adeoque nostra non intererit, an & qua- verb.  
tenus ex cum jure pignoris & ejus reluitione conve-

F 2/ 17500 3/ 18 misbruant,

(m) Schilt, ibid. p. 174. 215.

44. *Dissert. Inaug. de usu præt. accur. distinct. inter emtionem &c.*  
niant, quatenus ab eo differant. Solliciti ergo sumus  
saltē de specie tertia, conventionali sub tempore.

§. II.

Jus retro-  
emendi  
conventio-  
nale sub  
tempore.  
Eius tres  
casus.

Atque hoc iterum duo vel tria genera diversa  
habere potest. Vel enim potestas reliundi habet  
tempus indeterminatum, ut, quandocunque vendito-  
ri libuerit, restituto pretio rem reliuere possit, vel dies  
determinatus est. Et tum vel ad quem sive intra  
quem, vel ex quo. Priori modo, si venditor intra  
tempus determinatum non offerat premium, em-  
tor rem venditam retinet in perpetuum, & venditor a  
redemptione ejus est exclusus. Posteriori casu vendi-  
tor ante tempus elapsum rem venditam redimere ne-  
quit, sed tempus reliundi incipit post diem, ab illo  
vero tempore convenienter cum primo casu, ut, quando-  
cunque postea venditori libuerit, rem venditam que-  
at redimere. In priori casu adhiberi solet particula  
*intra* (binnen v. g. zwey Jahren) in posteriori *post*  
*nach zwey Jahren.* Res plana.

Alius casus  
dubius.

§. III. Id tamen dubium, si venditio fiat  
in certum tempus (auß drey Jahr widerkauflich)  
quid tum partes voluerint. Sane sensus potest  
esse, quod relatio debeat terminari intra trien-  
num, & quod emtio debeat durare ad trienni-  
um. Non est otium, controversiam hanc determi-  
nandi. Saltē id notamus, non indubiam esse defi-  
nitionem eorum, qui in favorem venditoris eam re-  
solvunt, ut post illud tempus determinatum, licet  
venditori rem venditam redimere (*n.*). Quidsi enim  
alter urgeat, in dubio interpretationem in hoc pacto  
faciendam esse contra venditorem, ut qui clarius lo-  
qui

(*n.*) *Carpz. p. 2. C. 1. def. 9. & lib. 5. resp. 28. Schilt. de jure retrrev. p. 215.*

qui debuisset (o), aut, si hæc regula interpretandi vi- (o) Schilt.  
deatur provenire ex jure civili (p), in dubio prioriorem ibid p. 306.  
esse causam possidentis, quæ regula etiam juris genti- (p) Dn. Prae-  
um est. Video quidem doceri, acsi pactum, quod ex les part. 2.  
die redemptionem concedit, sit in gratiam emtoris Logices cap.  
adjectum, adeoque contra hunc expositionem fieri 3. §. 155.  
debere (q). Sed tamen clausula illa (auss drey Jahr (q) Schilt. d.  
widerkauflich) in dubio magis censebitur contractui p. 306.  
adjecta a venditore quam emtore, quia emtor regu-  
lariter magis vult dominium perpetuum, quam re-  
vocabile.

## §. IV.

Cæterum cum conventiones de redimendo ad An detur  
diem & ex die non solum diversos sed & oppositos casus mi-  
habeant effectus, patet impossibile esse, ut utræque xius.  
concurrere possint, ita ut unum idemque tempus de-  
noret terminum, a quo offerendi facultas oriri, & quo-  
usque durare, aut & post quod & intra quod revendi-  
tio fieri debeat. Etenim si intra triennium retroven-  
ditio fieri debet, ante triennium redimenda est res  
vendita; post triennium id non licet, si post triennium,  
tum non licet ante triennium. Quomodo ergo con-  
jungi possent, quæ contradicunt, ut idem simul liceat  
& non liceat. Et tamen vides J. Cros etiam philo-  
sophia claros hic errare (r). Occasio errori dedit, (r) Schilt. p.  
partim non recte perceptus sensus formulæ, quæ ra- 216.  
men si accurati inspicias, est saltem ex die (s), par- (s) ap. Carp.  
tum inepta formula ab imperito notario concepta, qua lib. 5. Rep.  
vendor stipulatus erat, ut sibi liceret post triennium 29. in fin.  
sed non diutius rem redimere. Quilibet negotiorum  
civilium, gnarus videt, notarium imperitum loco

46. Differt. Inaug. de usu pract. accur. distinct. inter emtionem &c.

post triennium, scribere voluisse intra triennium. Et hinc etiam in eum sensum pro emtore contra venditorem pronunciatum fuit, et si alias rationes afferat (1) P. 2. C. 1. Carpzovius (2). De eo non disputamus, annon diversis temporibus determinatis possit mixtura pacti fieri, v. g. si quis rem vendit ut post v. g. triennium intra aliud v. g. triennium redimere rem possit. Nam quis de hoc casu dubitaret?

Hoc jus re-  
troemendi  
parum dif-  
ferre a jure  
pignoris.

Jam videamus, an illa tria genera conventiona-  
lis retrovenditionis, non suspensa a conditione, sed  
quæ adjectio temporis vel indeterminati vel deter-  
minati fieri solet, multum differant a pignore juris  
gentium? Atque hic ante omnia supponendum est,  
in negotiis civilibus non tam consideranda esse rerum  
(n) v. g. Ma- nomina, quam rem ipsam. Multa vocantur eodem  
jestratis vox nomine, quæ diversa sunt (n). Multa habent diver-  
dicitur de ita nomina, quæ sunt eadem (n). Identitas rerum ci-  
qui sumnum vilium & diversitas, potissimum a causa impulsiva &  
potestatem finali (quæ duæ parum differunt) dependent. Si er-  
go ostenderimus, eundem esse finem pignoris juris  
(v) Ut pre- gentium ac emtionis cum pacto de retrovendendo,  
carium & ac eosdem esse utriusque conventionis effectus, (qui  
commoda- a fine etiam dependent) (x) quilibet facile percipiet,  
rum intuitu exiguum esse aut remanere inter utrumque contra-  
Germano- etum differentiam.

(x) Schilt. d.

<sup>l. p. 232.</sup>

Cum ad sit  
eadem ra-  
tio impel-  
lens & fi-  
nalis.

§. V.

Quod impellentem causam ac finem attinet, uterque & mutuum accipiens & rem sub retrovenditione vendens opus habet pecunia, alias nec mutuum sumeret, nec rem venderet; Uterque re quam pignori dat,

§. VI.

dat, vel sub retrovenditione vendit, non vult perpetuo carere, sed si ad meliorem fortunam pervenire, eam restituta pecunia reluere aut redimere. Si res ex yoto solo illius, qui pecuniam accipit, peragenda esset, nullum tempus adjiceretur, determinandæ relutioni aut redemtioni. Sed cum securitas ejus qui pecuniam solvit, aut utilitas sit diversa, ita, ut modo velit re, quæ in securitatem ipsi datur aut venditur, non statim privari, modo velit certior esse, utrum pecuniam suam, qua forte post tempus ipse utetur, sit recepturus, aut utrum rem traditam absque ulteriori metu relutionis jure dominii irrevocabilis sit retenturus; solet terminus relutionis determinari, priori causa ex tempore certo, posteriori ad tempus certum.

S. VII.

Sunt & iidem effectus in venditione sub pacto de idem etiā retrovendendo, quos supra enumeravimus, dumna esse. Etus turam pignoris ex jure gentium consideravimus, Transfertur ad emtorem dominium rei sed revocabile (y), ut in pignore. Res non potest relui amplius, (y) Schilt. p. si non offeratur intra tempus determinatum (z), nisi 233. 237. fiat prorogatio (a), quod convenit cum pacto legis (z) Id. p. 251. commissoriæ in pignore. Periculum omne & com. (a) Id. p. 320. moda rei pertinent ad emtorem, etiam citra pactum antichreseos (b) ut in pignore. In relutione idem pre. (b) Id. p. 252. tium restituendum, non majus nec minus (c) ut in pi. 254. conf. gnore. Emtor repetit faltem impensas necessarias, (c) Id. p. 259. non utiles, sed has tollit (d), ut in pignore. Emtor redhibita re vendita, non tenetur rationes reddere de 310. perceptis fructibus (e) pendente tempore retroven- (d) Dodo- den, res cismi ib. p. 263. seq.

(e) Ib. p. 273.

48 *Difserit. Insug. de usu præf. accor. distinct. inter emtionem &c.*  
dendi, emtor rem venditam non potest vendere effi-  
cacer (*f*), ut in pignore.

(*f*) *Sande cum multis aliis citat. ibid. p. 275.*

§. IX.

Cur tamen circa effe-  
Etus retro-  
venditionis  
Dd. valde  
dissentiant.  
(*g*) *Schilt. p.*  
*259. seq.*  
(*b*) *Ib. p. 264.*  
*seq. 268.*  
(*i*) *Ibid. p.*  
*274. 287.*

Fateor quidem, quod Doctores in aliquibus sen-  
tentiis modo notatis valde dissentiant, ut in quæstio-  
nibus, annon majus pretium offerri debat in redem-  
ptione (*g*) annon utiles impensas possit repetere emtor,  
& ratione earum etiam jus retentionis exercere? (*b*)  
annon emtor, non obstante pacto de retrovendendo  
posit tamē efficaciter vendere? (*i*) Sed si quis ge-  
nuinam causam hujus dissensus quærat, ratio in eo  
consistit, quod illi, qui a nobis dissentient, puraverint,  
quæstiones non ex natura pignoris, quod juris Gen-  
tium est, sed ex natura generica emtionis, quam a pi-  
gnore valde diversam esse fassum sumus, esse definien-  
dam. Accedit, quod Dd. omnia quæ jus Romanum  
de contractibus, qui juris G. dici solent, disponit,  
habuerint etiam pro moribus & jure gentium, & quod  
jure Romano insignis sit differentia inter pignus & pa-  
ctum de retrovendendo, & oppositi plane utriusque  
effectus, paucissimæ etiam leges de retrovenditione  
disponentes in corpore juris compareant. Unde non  
solum in his, sed & in aliis quæstionibus ad jus retro-  
vendendi pertinentibus, doctores non possunt non  
dissentire. Aut si etiam non dissentiant, nobis tanten  
ob dictam rationem integrum erit de veritate assertio-  
nis dubitare. Ita asserunt, in venditione sub retroven-  
ditione, sine determinatione temporis reliundi, non  
statim relutionem fieri posse, sed tamdiu expectan-  
dum venditori, donec emtor ex ea emtione commo-  
dum

dum aliquod, cuius gratia contraxit, percepit. Item: si isto casu temporis non determinati venditor denuntiet emtori, quod redimere velit, & tamen, cum emtor restituere paratus esset pretium, realiter non obtulerit, quod tunc venditor secundo offerens non amplius audiatur, nisi expresse clausula fuerit addita, quodiescunque voluerit (*k*). Nos utrobique dissentimus, (*k*) *Schilt. p.* quia utrobique in pignore juris Germ, se res habet ali-<sup>238</sup> ter. Ita docent, periculum rei venditæ sub pacto de retrorvendendo statim post conventionem pertinere ad emtorem, etiamsi res nondum fuerit tradita. (*l*) (*l*) *Ibid. p.* Nos ex eadem ratione dissentimus. Varie dissentunt<sup>252. 254.</sup> circa quæstionem de fructibus pendentibus tempore relutionis, an sint emtoris, an venditoris, an dividi (*m*) *Ibid. p.* <sup>297. - - - 304.</sup> debeant? &c.

§. IX.

Jam, quoad jus Romanum, et si ut modo dixi. Jus retro-  
mus, vix tres textus juris (*n*) de venditione sub pacto vend. Ro-  
de retrorvendendo agant, id tamen certum est, hanc manum  
retrovenditionem in plerisque & præcipuis effectibus quomodo  
differre a pignore Justinianeo. Summatim in iis, in differat a  
quibus pignus Justinianeum diximus differre a pigno-  
re juris gentium, (*o*) potissimum in eo, quod emtor do-  
minus fiat rei emtæ, & fructus percipiat absque pacto (*n*) *l. 12. de*  
antichreseos, creditor in pignore dominus non fiat, *præscr. verb.*  
& pacto antichreseos habeat opus, quod emtor post *l. 2. & 7. C.*  
redemptionem non reddat rations de fructibus perce- *de Pact. in-*  
ptis, creditor, etiam cum pacto antichreseos, reddat, *ter emt.*  
ne commitatur usuraria pravitas; Quod emtor reti- *(o) cap. 2.*  
neat rem, si venditor eam intra tempus determina- *§. 25.*

G

tum

50 *Dissert. In aug. de usu pign. ac cur. distinc. inter emisionem &c.*  
tum non redemerit, creditor vero non retineat pignus,  
propter sublatam legem commissoriam.

Uſus hujus  
contraeſtus  
apud Ro-  
manos.  
*(p) de qua §.  
in fine.*

*(q) Conf.  
Schäpf. ad  
Tit. de pign.  
act. n. 12.  
(r) c. 2. §. 27.*

Quando  
apud Ger-  
manos cœ-  
perit esse  
in uſu,

Si Romani pignoris naturam intactam reliquif-  
sent, rarissimus fuisset uſus emisionis cum pacto de re-  
trovendendo, niſi forte conditionalis illius retroven-  
ditionis (*p*). At postquam Romani, creditori, do-  
minum in pignore, potestatem fructuum percipien-  
dorum, fructum legis commissoriæ abstulerant, &  
onus reddendarum rationum de fructibus perceptis  
imposuerant, nullum est dubium, frequentiora fuisse  
exempla venditionum cum pacto redimendi, cum in  
hoc contraeſtu creditori seu emtori omnia licenter,  
quaे non licebant in contractu pignoris. Stupidus  
enim fuisset creditor, juris patrii gnarus, cum debi-  
tor mutuum ab ipso voluisse sumere, si non loco con-  
traeſtu pignorati elegisset emisionem cum pacto de re-  
trovendendo (*q*). Sed ita omnes illas dispositiones  
juris Justinianeи de pignore juri gentium contrarias  
fuisse elusas, notavimus jam superius (*r*).

§. X.

§. XI.

Ergo quod Germanos attinet, ex dictis ratio ap-  
paret, cur ante receptum jus Justinianeum in Germa-  
niā, nulla quod sciam, legatur commemoratio ven-  
ditionis cum pacto retrovendendi (eines Wieder-  
kauffs) sed solum commemorarentur oppignorationes  
Pfandschaften / Pfand Schillinge / quia videlicet  
tum Germanis nullum præstabant uſum peculiarem  
venditiones cum pactis retrovenditionis; cum omnes  
eius uſus inessent oppignorationibus. Postquam ve-  
ro jus Justinianeum in Academiis Italiæ docebatur, &  
exinde

exinde in academias Germaniae fuit translatum, retro-  
venditio non statim quidem in formulis contractuum  
fuit adhibita, sed tamen a JCts academicis contraet-  
bus oppignorationum, ob identitatem effectuum, ap- (s) Gylm.  
plicata. Unde modi loquendi in valuerunt, oppigno- Symphor. T3.  
rationes & retrovenditiones esse unum, idemque, aut voce Pfandz  
(Germanicas) oppignorationes esse (secundum stylum Schilling/  
Romanum) venditiones cum pacto de retrovendendo & voce rela-  
(s). Huc refero diploma Ludovici Bavari de anno 1321. Theſ. Pract.  
(t) (Nam eo tempore jam Academiae florebant in Ita- voce Pfandz  
lia) ubi verba; omnia bona impignorata, vel sub spe redemptio Schilling.  
nis vendita, item verba: licebit nobis eadem emere, redi- Schiltor. d. l.  
mere non indicant, meo quidem judicio, diversitatemp. 178. 181. sq  
horum duorum contractuum, sed identitatem ratio- (t) ap. D.  
ne effectuum. Gundling.  
§. XII.

Posteaquam vero JCti Academicci etiam in foris Et quidem  
Germaniae regnare inciperent, & ita jus Romanum tanquam  
etiam in usum forensem introducerent, tum sane evi- distinctus  
dens est, pignoratitium contractum & venditionem contractus  
cum pacto retrovendendi, incepisse esse contractus ab oppi-  
æque diversos ac oppositos, atque iidem fuerunt, jure gnoratione  
Justinianeo. Quo tempore id factum fuerit, non-  
dum inventire potui. Edidit anno 1528. anonymous  
Rheticam vel Formulare in lingua germanica. ibi  
nec dum formulam pignoratitii contractus, nec ven-  
ditionis cum pacto retrovendendi invenio, sed solum  
formulas emtionum annuorum reddituum, quæ etiam (u) ibid. f.  
vocantur aliquando oppignorationes Unterpfan- 197.  
dei. (u)

G 2 §. XIII.

Emtionis  
annuorum  
redituum  
origo &  
progressus.

§. XIII.

De annuis reditibus eorumque origine & progres-  
su multa mihi restarent dicenda, si instituti ratio id  
permitteret. Breviter putarem sic se habuisse. Con-  
stat, jus Canonicum, cuius integro seculo, ante re-  
ceptum jus Justinianum, in Germania fuit usus, pro-  
hibere omnes usuras, etiam quæ hodie & jure Justi-  
niano, pro legitimis habentur. Ut vero Clerus  
Pontificius multa invenit in fraudem constitutionum  
Canonicarum, ubi utilitas eorum ita exigeret, ita etiam  
inventum clericale esse arbitror, emtionem annuo-  
rum redituum. Sunt enim, si exacte consideres ta-  
les emtiones, nihil aliud, quam mutua usuraria pallia-  
& venditionibus Romanis cum pacto de retrovenden-  
do, quoad illam primam originem, nihil vel parum  
differebant; nisi quod in his creditor aut emtor, omnes  
fructus rei perciperet, nec teneretur de perceptis redi-  
tus rationes, in emtionibus annuorum redituum vero  
reditus emti haberent proportionem cum usuris (a).  
Nam quod in emtione annuorum redituum prohibita  
censetur venditori repetitio pretii, id demum venit  
ex Ord. Polit, de anno 1548. (b). Id non omittendum,  
Wehnerum errare, dum putat, oppignorationes Ger-  
manicas originem sumfisse ab emtionibus redituum,  
seu censuum, (c)

(a) Schilter.  
p. 225.  
(b) t. tit. von  
Wüchterle.  
chen contra-  
Zen. conf.  
Schilter. p.  
333.  
(c) Voce  
Pfand/  
schafft.

Confusio  
utriusque  
contractus  
unde?

§. XIV.

Cum vero postea successu temporis introductio  
juris Romani obumbraret mores patrios, & JCti eos  
pro viribus expellere intenderent ex foris Germaniae,  
nec tamen id pro voto, dare possent effectui, secutæ  
fuere

fuere miræ confusiones utriusque juris, & dubitari cœptum, utrum contractus pignoratitus sit, an retro-venditio. Jam suo tempore Mynsingerus (*d*) de dif-

(*d*) cent. 6.  
obs. 70.

ferentia horum duorum contractuum incepit agere.

Auctores item Consultationum constitutionum Saxo-nicarum (*e*) magno conatu id agunt, ut jus patrium iniquitatis accusent, & juris Romani placita introdu-

(*e*) Tom. I.  
Part. I. q.  
§2. & §3.

cant. Neque tamen confusio metuenda fuisset, si sim-

pliciter receptum fuisset jus Justinianeum, & mixtura juris Canonici ac recessuum Imperii, contractus usu-rarios interdicentium, simul non obstatisset. Tum enim in arbitrio contrahentium fuisset, utrum pignus, an retrovenditionem vellent contrahere, ut id jure Justinianeo licuit. Sed cum per recessus & jus Cano-nicum id haud liceret, inde confusio orta, notariis & advocatis sæpe miscentibus, in formulis contractum u-trumque, & pignus & retrovenditionem, (*f*) vel ex

(*f*) Exem-plum ap. II.  
lustr. Stry-kium de cau-telis contra-rium Secl.  
II. Cap. IV.  
§. 31. & 32.

Canonici & recessuum imperii. Hinc illæ lacrymæ!

#### CAP. IV.

Usus practicus differentiarum inter contra-  
ctum pignoris & retrovenditionis.

##### S. I.

**N**EQUE tempus neque chartam perdemus, exscri-bendis & seorsim examinandis illis regulis vel signis quadraginta octo, secernendi contra-ctum pignoratitium a retrovenditione, collectis a Ber-licio, ubi, quicquid Doctores hac de redixerant vel

Confusio Doctorum doctrinam hanc expo-nentium.

dicere poterant, majori diligentia quam judicio conscripsit, & unde haurire solent fere, quicunque post eum hac de re differunt. Et tamen si quis signista perlegerit & relegerit aliquoties, vel perplexior redditur, quam erat autea, cum videat unum signum saepe alteri contradicere, vel agnosceret ea, quæ paucis regulis tradi poterant, includi multis. Igitur operam dabimus, ut confuse proposita a Doctoribus, etiam in hoc capite, distinctionibus & observationibus perspicuis expediamus.

Quod declaratur ulterius.

Minus apta  
oppositio  
retrovendi-  
tionis &  
contractus  
pignorati  
usurarii.

§. II.  
Et quidem statim miscentur duæ vel plures quæstiones diversæ & distinctæ, dum communiter usus doctrinæ illius de differentiis utriusque contractus dicitur in eo consistere, ut appareat, quem contractum voluerint, partes celebrare, an retrovenditionis, an contractum pignoratum, usurarium, & simulatum. Hic multa confunduntur & obscure traduntur: primo de licentia retrovenditionis & prohibitione pignoris usurarii, deinde de quæstione quid partes in verbis contractus intellexerint, seu quænam eorum mens fuerit declarata per verba, & quid partes per verba occultare & simulare voluerint. Horum neglectam distinctionem, rem alias non difficilem, reddidisse difficillimam, docebunt sequentia.

§. III.

Nam, ut id initio constat, non omnem contra-  
ctum pignoratum esse usurarium, sed quosdam etiam sine usuraria pravitate contrahi; constat etiam quod sub retrovenditione quoque possit latere usuraria pravitas, cum supra ostenderimus, regulariter & tere

fere plerumque emtiones cum pacto de retroven-  
dendo esse inventas ad pallianda mutua cum pignori-  
bus conjuncta. Igitur hoc intuitu formanda erat quæ-  
sto: Utrum contractus pro licito sit habendus sive  
pignoris nomen sive retrovenditionis præ se ferat, u-  
trum sub eo lateat usuraria pravitas? Neque enim  
in proposito usu doctrinæ præsentis, retrovenditio  
supponitur tanquam contractus indefinite licitus,  
cum, ut vidimus, sit inventus ad palliandum contra-  
ctum, qui vocatur usurarius.

S. IV.

Unde doctrinam hanc, id etiam maxime red. Vana do-  
dit difficilem, quod Doctores communiter, quia vide-  
runt in jure Romano emtione cum pacto retroven-  
ditionis tradi tanquam licitam, etiam recepto jure Ju-  
stinianeo apud Germanos, idem doceant, & commen-  
dent etiam partibus, quod melius sit, loco contractus  
pignoratitii celebrare retrovenditionis contractum, tum,  
cum tamen postea iterum sua consilia destruant, ir-  
ritas reddendo tales retrovenditiones tanquam usu-  
rarias. Et quidem hæc inconvenientia apud nos ho-  
die major est, quam apud Romanos. Apud Roma-  
nos usuræ quædam erant illicitæ, & fructus pignoris  
excedentes imputabantur in tortem, lex commissoria  
etiam tanquam favens usuris illicitis erat abrogata, sed  
tamen usuraria pravitas non erat tantum crimen, quan-  
tum postea astutia Cleri factum est, & pro quanto et-  
iam apud nostros, artes Papales Cleri non intelligen-  
tes, habetur. Si ergo jus Romanum peccavit con-  
tra prudentiam legislatoriam, quod præsuppositis illis  
de natura pignoris dispositionibus, permiserit tamen,  
81  
Inven-

(g) *Supra*  
cap. 2. §. 27.

(b) per di.  
§. 4. cap. 2. §.  
12.

inventa emtione venditione cum pacto retrovenditionis eas eludi a subditis, (g) multo minus cohærent leges nostræ & doctrinæ JCtorum, quod toties de criminis usurariæ pravitatis loquantur, ac contra eam sevère pronuncient; & tamen simul doceant, retrovenditiones esse licitas, cum tamen, quantæ quantæ sint, sint pignora usuraria palliata. Aut tollendæ essent leges illæ, sub specie ejiciendarum e Rep. usurariarum pravitatum, stabilientes, et si citra propositum, arcana Papatus (b); aut, si videretur e republica esse, ut contractus usurarii, & lex commissoria pignoris ulterius prohiberentur, tollendæ essent emtiones sub retrovendendo, tanquam, ut ostendimus perspicue, pallia usuriorum contractuum. Ita uno iictu omnis difficultas esset absissa. Quis enim quereret, an contractus pro retrovenditione habendus sit, si solus contractus pignoris in usu maneret, & homines sub imaginaria licentia retrovenditionis ibi non quererent asyla,

§. V.

Alia confusione nota. Deinde quid hoc est disquirere de differentia horum duorum contractuum, ut appareat quem contractum voluerint partes celebrare, an retrovenditionem, an pignoratitum simulatum? Initio aliud dicunt Auctores, quam quod volunt. In contractibus de quibus solliciti sunt, non pignus simulatum est, sed simulata retrovenditio & pignus occultarum. Deinde ita miscentur plane duas questiones distinctæ. Aliud est querere quid voluerint partes significare per verba contractus, & quid voluerint occultare. Ad priorem questionem pertinent regule Logice bonæ interpre-

pretationis, non peculiares his contractibus duobus, de quibus queritur, sed communes omnibus negotiis civilibus, non multæ tamen, ut vulgo fieri solet, sed paucissimæ (i). Ad posteriorem pertinent regule prudentialia & singularis sagacitas ex quibusdam indicis apparentibus, aut regulis, ex natura humana morali detegendi sensus hominum occultos, aut facta occulta, quæ perpetuo confunduntur a plerisque Dd. præsentem quæstionem tractantibus.

§. VI.

Est & illud notandum. Differentiae pignoris Observatio & retrovenditionis traduntur vel per regulas theoreticas desumptas ex doctrina jurisprudentiae de pignoris nemem & retrovenditionis natura, vel per regulas practicas, de sumtas ex moribus hominum hos contractus celebrantium, & notitia formularum quibus pro diversitate circumstantiarum uti solent. His correspondent etiam diversi usus practici. Unus, est applicatio regularum theoreticarum ad formulas contractuum propositas, ut ex diversis pignoris & retrovenditionis effectibus judicemus, quem contractum celebrare partes voluerint, quem usum differentiae causa appellabimus usum Doctoris & Interpretis. Alter est applicatio doctrinæ de moribus & inclinationibus hominum ad casus propositos, ut appareat, quem contractum occultare voluerint contrahentes, quem doctrinæ causa dicemus usum Advocati & Judicis. Hæc eti subordinata sint, sunt tamen distincta, neque adeo debuisserent a Doctribus, ut fieri solet, in hac doctrinâ misceri.

H

§. VII.

§. VII.

In contr-  
etibus prin- nendæ, utrum legibus civilibus sint solutæ, an actio-  
cipum dif- nes eorum subjiciantur normæ legum civilium. Pri-  
ferentiam orum ut Principum, qui superiorem non agnoscunt,  
pignoris & contractus dijudicandi sunt ex solo jure naturæ: At  
retrovendi- secundum jus naturæ nullam ostendim⁹ esse differen-  
tionis non tiā inter pignus & retrovenditionem. Ubi ergo nul-  
esse atten- lœ differentiæ sunt inter contractus, ibi frustraneæ sunt  
dendam. & inutiles tam regulæ theoreticæ, illa duo secernendi,  
olatridid & regulæ practicæ tam interpretis quam judicis. Nul-  
-otifino la occultatio timenda, cum nulli ad sint effectus diver-  
-no mea si. Ergo ad has personas plane non pertinet caput  
præsens.

§. IX.

Intuitu ju- Qui sub lege vivunt, illi vel contraxerunt se-  
ris Romani cundum principia juris Romani vel Germanici. Prio-  
esse quidē ri casu fere cessant regulæ practicæ & usus practicus  
attenden- judicis, quia secundum jus Romanum cum uterque  
dam, sed id contractus pro licito fuerit habitus (etsi, ut ostensum,  
fieri absque id non⁹ sit opus prudentiæ legislatoriæ,) nulla tamen  
difficultate. fuit causa occultandi, uti nec occurret exemplum in  
historia Romana. Ergo hic sufficient regulæ theore-  
ticæ ex notitia tituli de pignoratitia actione & ijs, quæ  
de differentia retrovenditionis supra diximus; & usus  
practicus interpretis, ut, ubi invenitur concessa perce-  
ptio fructuum absque rationum redditione, & pactum  
de retrovendendo ad diem, ibi judicetur esse retro-  
venditio, etsi forte ex errore vox pignoris ibi sit ad-  
hibita, quia plus valet, quod actum, quam quod di-  
ctum est. Quodsi de effectibus nihil sit dispositum  
sed

sed solum nomen contractus expressum sit, tum effectus judicandi sunt ex nomine. Verbis enim firmiter & efficaciter exprimere solemus mentem nostram, nisi facta & acta sint verbis contraria.

§. IX.

Porro contractus a Germanis celebrati vel re- Jure Ger-  
spiciunt tempora ante jus Justinianeum receptum, manico an-  
vel huic receptioni posteriora. Priori casu nullum antiquo diffe-  
usum habet doctrina de differentiis utriusque contra- rentias illas  
ctus, cum ostenderimus, oppignorationem illis tem- nullū usum  
poribus quoad effectus fuisse unum eundemque, cum habere.

§/

§. X.

Ergo omnis difficultas remanebit in dijudican- Hodierno  
dis contractibus Germanorum post receptum jus jure ad u-  
Justinianeum. Neque hic tamen tanto acervo re- sum practi-  
gularum videtur esse opus, sed sufficient paucæ. Præ- cum pign9  
supponimus, ex hac tenus demonstratis, saltem duas & retro-  
observations. Retrovenditionem, si omnes effectus venditio-  
cum pignore communes habeat, non esse retroven- nem fecer-  
ditionem veram, sed re ipsa pignus. Si vero gaudeat nendi, pau-  
effectibus, quibus retrovenditio a pignore secernitur, gulis opus  
cifsimis re-  
puta esse.

puta perceptionem fructuum absque redditione rationum, item potestatem redimendi ex certo tempore suspensam, esse quidem retrovenditionem, sed usurariam & legibus imperii prohibitam ac illicitam. His præmissis vel dubium est, quem contractum voluerint celebrare contrahentes, vel de eo ex effectibus expressis constat. Priori casu una erit regula theoretica, in usu pratico ab interprete applicanda. In dubio præsumendum esse pro pignore licto, non pro retrovenditione, quia regula bonæ interpretationis est, in dubio contractus esse ita exponendos, ut evitetur sensus absurdus & iniquus, cum quilibet præsumatur esse bonus. Posteriori casu, si quidem retrovenditionis vocabulum fuerit in contractu adhibitum, sed de effectibus tamen nihil expressum, præsumendum erit iterum contractus pignoris ex identitate rationis. Si vero effectus inveniantur in contractu expressi, quibus retrovenditionis a pignore differt, tum ex regula practica usus praticus judicis eam sumpeditabit regulam, voluisse quidem contrahentes celebrare contractum usurarium illicitum, sive vocem pignoris, sive retrovenditionis adhibuerint, sed tamen illum contractum esse illicitum, & redigendum ad naturam pignoris licti.

§. XI.

**Conclusio.** His paucis regulis & observationibus, puto, comprehendendi posse doctrinam de dijudicatione contractuum illorum & differentiis eorum, quam alias plurimi

ralitate signorum magis implicant Dd. quam expli-  
cant. Quodsi forte ex infinitate circumstantiarum  
non omnis casus exinde deduci possint, paucissimi  
tamen erunt, relinquendi prudentiæ interpretis aut  
judicis. Et de his cogitandum erit, infinitorum non  
dari nec doctrinam, nec regulas,

---

## COROLLARIA.

### I.

**Q**uod cap. 2. §. 30. diximus, convenire pignus Germanicum cum pignore juris gentium, videtur objectio-  
nem pati ex eo, quod ibid. §. 29. adduximus ex legibus Ger-  
manicis, creditorem si pignus vendat, etiam pendente re-  
lutionis tempore, valere alienationem, cum tamen jure  
gentium non liceat creditori hoc casu pignus vendere, per  
tradita §. 16. d. cap. 2. Sed respondemus, verum quidem esse,  
in eo esse exceptionem a regula juris gentium, quod credi-  
tor contra fidem datam efficaciter possit pignus vendere,  
quamvis illa civilis constitutio Germanorum non ita iniqua  
sit, ut vulgo quibusdam videtur. Dn. Preses in Inst. juris  
germ. priv. I. I. C. & §. 31. seq. Dn. Gundling. de jure op-  
pign. territ. §. 82. Interim nobis sufficit, quod jure ger-  
manico illa venditio sit quidem efficax, sed intuitu vendi-  
toris tamen injusta, quia tum convenitur a debitore ad in-  
teresse. Vide textum in d. §. 29. Adde, quod adhuc in-  
quirendum sit, utrum illa dispositio juris germanici non sit  
restrin-

COROLLARIA.

restringenda ad res mobiles, de quibus textus loquitur. Quod  
expedire jam nostrum non est.

II.

Quid jus gentium dicitet circa restitucionem ex-  
pensarum in rem oppignoratam factarum, indicavimus  
c. 2. §. 9. Jure germanico idem fuisse olim receptum con-  
stat arg. Jur. Sax. Prov. II. 53. & III. 38. Conf. Schilt.  
Instit. Jur. Feud. C. 7. §. 15. Struv. Synt. J. F. cap. 15.  
aph. 16. qua sententia etiam rationabilior est, quam ad-  
versa, de qua in cap. 3. §. 7. quod emtor postea retro-  
vendens possit repetere impensas  
utiles &c.

F I N I S.



*Nobilissimo atque Consultissimo*

**DOMINO  
BASTINELLERO,  
PRO LICENTIA  
DOCTORALI  
CUM LAUDE DISPUTANTI  
SALUTEM PLURIMAM**

*Dicit*

**SAMUEL STRYKIU S JC.**

**D**um promeriturus honores Academicos,  
Cathedram concendis publicam, am-  
plissimum gratulandi campum mihi  
apertum video, in quem prono adfectu excur-  
rerem, nisi modestia illa singularis, quam con-  
natam habes, mihi obicem poneret. Aliquot  
enim anni jam elapsi, ex quo inter Auditores  
maxime industrios locum occupasti & alii ex-  
emplum præbuisti plane eximium, quo ardo-  
re & asfiduitate Themidos decurrenta sint sta-  
dia, Id vero ne frustra fecisse videri posles, in

Fus:

publicis acroasisbus partim opponendo, partim  
respondendo, ita partibus Tuis defunctus es,  
ut omnium consensu eruditus LL. Candidati  
Titulum merueris. Quæ virtus Tua ac erudi-  
tio latere non potuit, quo minus etiam aliis  
innotesceret. Hinc factum, ut Illustrissimus  
Dn. de Malsburg Haslorum ad Comitia Impe-  
rii Legatus Splendidissimus, prudenti Tuæ di-  
rectioni studia Filii sui charissimi committeret,  
qui in quantum manuductione Tua profec-  
rit, Marpurgensis pariter ac Gieffensis Acade-  
miae testabuntur: Jam vero, cum summi juris  
honores Tibi, præmislo iterum eruditissimo  
studiorum specimine, decernendi sint, gratu-  
lor ex animo, & ut omnia in divini nominis  
gloriam, Patriæ salutem, Parentisque optimi-  
solatium cedant feliciter, a Deo precibus con-  
tendo. Vale & Forensibus curis causisque  
perorandis ita Te mancipa, ut semper paratus  
sis ad rationes summo judici, Deo scilicet opti-  
mo maximo, reddendas. Dabam e musco  
Kalend, Jul, M. DCC. VII.

Sic

**S**ic jam promeritos cum laude capessis hono-  
res,  
Quos confert studiis Fridriciana tuis,  
Applaudunt omnes queis Te Virtute probasti,  
Dum doctrina Tibi proemia digna parat.  
Augeat ipse Deus quos fert industria fructus,  
Proficiant Patria proficiantque Tibi.

Scribeb. gratulab.

**PRÆSES.**

*Nobilissimo atque Consultissimo*  
**D. N. C A N D I D A T O**  
S. P. D.  
**D. CHRISTIANUS OTTO MYLIUS,**  
*Synd. Civ.*

**N**On Tuæ pietatis, honestatis, vel eruditio-  
nis commendandæ causa hæc ad Te scri-  
bo, sed publico Tibi gratulor alloquio, ut Ti-  
bi aliisque significem, quanto amore Te pro-  
sequor. Quamvis enim multas in Te postquam  
familiaris mihi innotuisti, virtutes deprehende-  
rim, attamen supervacuum duco eum laudare  
quem plures commendant. Causam amicitiae  
nostræ

X<sup>i</sup>

177

nostræ, nemo ex iis, quibus noti sumus, igno-  
rat. Verus autem & sincerus amor quia nos  
jungit, non fucatus, qui hodierno seculo pla-  
cet, hinc honorum, quos publico Tuæ hoc eru-  
ditionis documento Tibimet paries, me partici-  
pem fore puto: siquidem amicitiae natura alia  
est quam stipulationis, quam tertio fieri antiqua  
jura prohibent. Dum ita me bono ornas, bo-  
num reddere mutui amoris & grati animi vin-  
culum exposcit; a clibenter reddo, cum iterum  
ad meum redundet fructum, qui amicus ero,  
quoad vivam. Gratulor; quæ vero bona Tibi  
maxime appreclari debeam, nescio. Honores &  
opæ Tuæ diligentiaæ comites sint, & erunt; ast in-  
vidiam gignere solent. Amici sub bonis fortunæ  
itidem comprehenduntur; verum rari sunt &  
sæpius inimici. Summum ætatis gradum  
ut attingas, voveo, sed media ætas læ-  
pius est felicior, difficultimum autem lon-  
gam transire sine molestia & periculo. Et  
si hæc unice precarer, amici debitum officium  
non explerem. Tranquillus in Deo animus  
omnia superat. Is sicuti unice bonus est, ita  
Tibi bona quævis dabit. Vale. Dabam festi-  
nantem calamo ex Mutæo d. I. Jul. M DCC VII.

Halle, Diss., 1707 Str - T

ULB Halle

005 360 765

3






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-175075-p0082-6

DFG



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Br. 21. num. 27.

1707

P.L.M.

25a

21.  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**USU PRACTICO AC  
CURATÆ DISTINCTIONIS IN-  
TER EMISSIONEM CUM PACTO DE  
RETROVENDENDO ET CONTRACTUM  
PIGNORATITIUM,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
Principe Borussiæ, Marchione Brandenburgico, ac Ducatus  
Magdeburgici Gubernatore &c., &c. &c.  
AUCTORITATE INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ

PRÆSIDE  
**DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,**  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ  
Confiliario, Professore Publico Ordinario,  
ac Facultatis Juridicæ p.t. Decano,

PATRONO SNO SUMME DEVENERANDO,  
PRO LICENTIA  
Summos in utroque Jure honores & Doctoralia Privile-  
gia legitime consequendi

IN AUDITORIO MAJORI  
*Horis ante & pomeridianis*  
d. IV. Julii ANNI M DCC VII.  
Publicæ Eruditorum disputationi sifst  
**JOHANNES FRIDERICUS BASTINELLER,**  
Hallens, Magdeburg.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS.

